

- 14 *Que sit ratio, cur in alienatione judiciali id non procedat.*
- 15 *Jus protomifcos, etiam in casibus, in quibus alias competes admittendum non est, nisi fraudis suspicio adeit, ob imperitiam aut perentiam ad solvendum pretium.*
- 16 *An dum ius feudale concedit hoc ius masculis agnatis competat (omnis), vel cognatis.*

D I S C. XXXVI.

Substantia ad instantiam Creditorum Nicolai Grimaldi Civitate Montispellisii, quam ipse iure antiqui feudi possidebat, eaque deliberata Thomae de Guevara majori oblato, intentatoque contra istum, per Franciscam Mariam dicti Nicolai germanam sororem primogenituram, in sacro Concilio Neapolitano, seu protomifcos, seu prelationis, requisitus ex parte dicti deliberantis, respondi ad causam, ut sequitur.

Quidquid generaliter dicant exteri feudifera in controverso articulo juris protomifcos competentis successoribus sanguinis, a lege inuflitratu vocatis, aduersus extraneum emptorem, de quo, ultra nostros Regnicolas inferius allegandos, late agunt alios colligentes, Harthman. Pistor. p. 2. q. 11. & 12. Schrader. de feud. p. 8. c. 7. Rosental. eod. tract. p. 9. membr. 2. concl. 87. cum plur. seq. Madril. decis. 8. Berlich. concl. 57. vol. 2. Georg. Oberd. de iur. feud. lib. 4. c. 28. & alii.

In specialibus terminis feudorum antiquorum Regni Siciliae extra (cum in novis receptissima sit negativa, ut in I. nuen. feudi hoc eod. tit.) eandem negativam, & pro exclusione prelationis ob eorum hereditariam qualitem, doct. & nervose tuerunt Cypre. Latr. consulti. 27. 28. & 96. Putagna in allegationibus impress. apud Rummum in addit. ad Afflic. de iur. protomifcos. de Marin. resol. 116. vol. 2. & alleg. 127. no. 3. & ceteri; affirmativam vero Aponte decis. 11. Rovit. in eius responsio editio in eadem causa impress. post di. am. decisionem Apont. & inter Commentar. super pragmat. in rub. de feudis, Sancti deo. 100. & ceteri.

Spectatis decisionibus, sui rebus iudicatis, magis recepta videtur haec affirmativa, iuxta quam per Sac. Consilium S. Clarae, vel per Collaterale, post decisionem relatum per Apont. dicta decis. 11. (quam omnes concordant fuisse primam,) ita sepius iudicatum fuisse constat ex decisionibus relatis per Cypre. Latr. decis. 57. & per Gipsium in add. ad eundem rubricam no. 2.

Mihi ad veritatem potius, quam cause opportunitatem reflectenti, in puncto juris, perpensis utriusque sententiae rationibus, & fundamentis, vetior videtur prima negativa; sed quia species temeritatis esset, id generaliter affirmata contra plures tantorum Tribunalium iudicaturas, idcirco in eam reverentiam, relinquendo quoad articulum in genere locum veritati, solumque dissentiendo rationes, & fundamenta, ex quibus trahat ad dicendum, veriore potius videri negativam quam affirmativam; adhuc tamen in specie casus, de quo agitur, omnino probabilis censeto, ex particularibus facti circumstantiis, pro exclusione prelationis esse respondendum, prout ex eisdem, (admissa etiam regula affirmativa (responsum fuisse in casu tractato per Marin. d. resol. 116. constat ex Cypre. Latr. d. decis. 57.

Quatenus igitur pertinet ad examen articuli in abstracto (ne temper subsidendo meliori iudicio magis veratorum in regione, illique Tribunalibus, quorum materia est peculiaris,) erroneum mihi semper visum est, quod per Regnicolas pro utraque sententia questionem tractantes, fundamentum constitueretur in autoritate Germanorum, seu Lombardorum, aliorumque Italiae partium Doctorum, ob nimis diversas circumstantias militantes in praedictarum aliarum regionum feudis, ac illis nostri Regni Siciliae citra Pharam, (quod post utroque Siciliae divisionem, per antiquos feudales Regnum Apuliae dici consuevit) Bald. in l. ex hoc iure, nu. 16. ff. de iust. & iur. Coarct. de regia praesert. q. 12. nu. 14. & qu. 102. nu. 76. Martin. Laudon. de Princip. q. 178. & ceteri, ac etiam patet ex pluribus Pontificiis investituris, seu renovacionibus; moderno autem tempore corrupto vocabulo, ex Regum consuetudine residentia in deliciosa Civitate Neapolis, Neapolitanum nuncupari solentem.

Pro ista veritate ostendenda, reduco ad memoriam notissimum antiquorum feudorum distinctionem in tres species, unam scilicet pacti & providentiae puri, alteram puri, seu meri hereditarii, & tertiam mixti, non deferendi nisi haeredibus sanguinis a lege inuflitratu vocatis, in quibus

tamen requiratur etiam qualitas haeredis rei familiaris. In prima specie concordant omnes, jus protomifcos ex iure feudorum intrare, prout (exceptis quibusdam modificationibus ad rem non factentibus,) concordant illud non intrare in mere hereditario, quod de sui natura est liberè alienabile, & in quocumque extraneo transmissibile, unde questio solum tendit ad tertiam speciem feudum mixti, cujus natura sunt abique dubio feuda nostri Regni, quorum non sunt capaces, nisi haeredes sanguinis intra certos gradus ab eisdem Regni Constitutionibus, correctivè ad jus commune feudorum iuris restrictos licet per gratias aliquoties ampliatos; sed in eisdem necessaria quoque est qualitas hereditaria.

Ista verò feuda mixta Regni, in plerisque differunt ab illis mixtis Germaniae, & aliorum locorum, in quorum terminis Germani ac Lombardi loquuntur, & potissimè quia in aliis hereditaria qualitas necessaria solum est respectu primi acquirentis, non autem ultimi morientis, iuxta magis communem opinionem, de qua Clar. §. feudorum q. 9. n. 5. Robles de representat. lib. 3. cap. 18. num. 112. Altiograd. multos colligens, vol. 25. num. 19. cum seq. lib. 1. Rota dec. 482. nu. fin. & 499. num. 5. & seq. parti. 5. rec. tom. 2. Vel si in sententia aliorum necessaria etiam est qualitas hereditaria ultimi morientis, per quam primo acquirenti sit conjungendum, suffragatur tamen beneficium inventarii, ex quo feudum jure proprio separatur, ac detrahere potest à relicto esse aliodia, ita ut feudi ratione ad debita ultimi descendi, vel alia onera hereditaria non teneatur.

Secus autem est in feudis Regni, quia licet non nisi haeredes sanguinis in eis succedant, nihilominus teneantur esse haeredes rei familiaris ultimi morientis, in cuius auctoritate computatur integer valor feudi, ita ut inventarii beneficium non suffragetur, atque successores, non solum teneant ad ultimi morientis debita, legata, aliaque onera hereditaria, sed ad integrum valorem feudi gravari possint, quamvis ex lege investitura impugnando morientis iudicium, contra eius voluntatem succedant, Franch. in magistrali decis. 1. & decis. 704. Rovit. super pragmat. 25. de feud. & in dicto responso post decisionem, Apont. Cypre. Latr. consulti. 9. & 10. & omnes passim, cum sit propositio, quae in Regno abique autoritatibus praesupponi potest tanquam notoria.

Altera item est notabilis differentia inter alia feuda, & ista Regni, quod in prima specie, quoties illa sunt mere hereditaria, vel mixta, ita tamen quod successores sanguinis debeant etiam esse haeres rei familiaris ultimi morientis, abique eo quod suffragetur beneficium inventarii, unde valor feudi computetur in auctoritate morientis, ut supra, tunc successores, ex magis communis, & recepta sententia, obstat tex. in l. cum a matre, c. de rei vendit. ita ut non possit alienationem à suo auctore, quamvis abique assensu factam impugnarè; non sic est in Regno, quia per Constitutionem incipientem *Constitutionem Divo memoriae, latius patentem, quam sit dispositio iuris communis in l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. ita communitur intellectam, aduersus facti alienationem factam sine assensu venite potest haeres, vendicando ipsum corpus feudi, quinimò & ipsemet contrahens revocare potest actum à se gestum, utpote ipso jure nullum, ut tanquam notorium incontrovertibile pariter venit praesupponendum.*

Hinc proinde ex prima differentia sequitur, malè applicari auctoritates exteriorum loquentium de aliis feudis mixtis, ad nostra feuda Regni, quia in aliis adhuc militat eadem potissimè ratio, in qua jus protomifcos fundatum est, facultatis scilicet competentis successoribus impugnandi alienationem, ac vendicandi post mortem feudatarii alienantis feudum jure proprio (quae verè, & propriè est genuina, & unica ratio hujus iuris protomifcos, ut scilicet de equitate, & honestate concedatur successoribus sanguinis preventivè, in vita alienantis, resilio pretio, jus recuperandi ab extraneo illud feudum, quod post mortem alienantis recuperare poterit abique pretii restitutione.)

Prout ex secunda differentia sequitur dictam decisionem 11. Apont. aliaque desuper emanatas, atque opinionem Regnicolarum tenentium, etiam in haereditariis affirmativam, intelligendam esse in casu illicitae alienationis sine assensu, quam sine dubio successores mortis alienantis jure suo, quamvis habens qualitem mere hereditariam, impugnarè poterit, quia sic intrat etiam eadem ratio. Et in hoc sensu verè capienda videtur dicta sententia affirmativa pro casu sanda ab aequivo co manifesto.

Ex qua ratione, veratissimum feuda Rosental. cap. 9. membr.

membr. 2. concl. 88. n. fin. ex Afflic. creditur in hac specie feudorum habitum adeo strictum alienandi prohibitionem, intrare hoc jus protomifcos, etiam in feudis novis, quamvis in contrarium sit communis, & receptissima, etiam apud eisdem, Rovit. Apont. & alios, de quibus per Roc. respons. 6. n. 10. & 11. lib. 2. quia sic eadem impugnandi facultas aequè militat in feudis novis, ac antiquis.

Aposcit hanc difficultatem doctissimus Rovit. in dicto Responso, sed eam evitare studet respondendo, hoc jus protomifcos non ad eò fundari in ratione facultatis impugnandi alienationem, quam successores mortuo Feudatario jure proprio haberent, sed potius in altera ratione aequitatis, vel honestatis, deducta ex pluribus legibus Digestorum collectis à Tiraquell. de retr. consanguini. in praesent. & per ipsum reasumptis n. 58. iuxta impressionem apud Apont. & ex nu. 26. iuxta alteram in commentar. ad pragmat. & cum quo pertransit Apont. eadem decis. 11. ut scilicet in bonis, quae fuerunt majorum, conjuncti praesertur.

Sed hoc verè fallax est fundamentum ex novo jure Codicis in l. adum. c. de contrahen. emp. per quod omnia jura praedicta remanent antiqua, cum hodie in toto mundo sit receptissimum, hoc jus prelationis ratione sanguinis amplius de jure non datur, ut in Romana, seu Sabina. prelationis hoc eodem tit. cum tamen eadem ratio, etiam in feudis mere hereditariis, aliusque omnibus bonis aliodialibus antiquis cadat, quod est absolute falsum, ut optime praeceteris observat de Marin. dicta resol. 116. vol. 2. nu. 7. & 8. alleg. 127. nu. 3. ubi plene probat, quod melior ratio est altera jam dicta, quae in vera medulla iuris feudalis est unice, & germana.

Et quamvis ingeniosè Rovit. dicit Responso, nu. 68. cum seq. juxta primam impressionem Apont. & nu. 31. iuxta secundam super pragmat. ad effugendam dispositionem tex. in d. l. adum. ponderet illam conditam per Imperatores Romanos, seu Orientis, Valentin. Theodol. & Arcad. precedere de ges feudales, quae collectae per Gherardum, & Oberum de Orto, confirmatae fuerunt per Imperatores Federicum, Lotarium, & Conradum Imperatores Occidentis longè posteriores, unde inserti, quod feuda, id esse specialiter indudum in correctionem dicti juris communis Romanorum.

Attamen (pace Viri doctissimi, quem in reliquis ex genio venero tanquam Oreamulum,) hoc est assumptum erroneum, tum quia hoc verum esse, sequeretur etiam in antiquis feudis mere hereditariis in quocumque extraneo liberè alienabilibus, jus protomifcos admitti deberet, quod est absolute falsum, ut idem Rovit. admittit.

Tum quia in hac parte se ostendit in legali historia parum eruditum, & ambulat cum erronea opinione vulgi simplicium legulejorum, ita credendum in eis fide, quam dum sumimus tyrones, per magistris institutionum edocemus; & cum qua proceffit Sonesbec. ab ipso allegatus.

Licet enim jus commune Romanorum, consuetudinum ex responsis Vulpiani, Papiniani, Seaeval, aliorumque Jurisconsultorum, necnon ex Constitutionibus Imperatorum, partim in Urbe Romana, partim in altera Constantinopolitana residentium, de mandato Justiniani, per Trinitopolitana residentium, & de mandato Justiniani, per Trinitopolitana, Theophilum, & Dorotheum, compilatum fuerit, atque in istam quam habemus formam redactum circa annum Domini 530. ad 536. urbenè Digestorum, Colectis, Iustitiorum, & Authenticozum tempora distinguit Harprecht. in proem. institutionum; & nu. 4. ad 30. nihilominus, vel tunc ob nostram Italiam, aliaque partes occidentales à Barbaris serè occupatas, Imperialeque potentiam serè ignotam, dictae leges ad hanc formam redactae, in his partibus publicatae, & acceptatae non fuerunt, vel si in hoc cognite, & acceptatae, in deseruendum tamen, & obliuionem in futuris saeculis aberunt, ita ut ab antiquo fuerint per plura saecula subsecutiva, usque ad annum circiter 1130. in quo illarum corpus casualiter reperit fuit in nostri Regni Civitatis A maliphante ex cidio facto per Pisanos, à quibus ex eodem accidenti translatum in Florentiam, Imeriti, aliorumque illius ignarissimi saeculi aliquantulum eruditiorum cura, & diligentia publicari, & recipi cepit, tractuque temporis deinde per totam Italiam, ac alias provincias occidentales receptum, ut est satis notum apud omnes historicos, & habetur actum in Neapolitana edicta sub tit. de servitutibus. Unde de tempore quo consuetudines feudales ut supra collectae, & confirmatae sunt, jus commune, utpote à brevi tempore reperit, adhuc forte praesertim in Lombardia, ubi hujusmodi consuetudinum feudalium collectio sequata est ignotum, vel

non receptum erat, sed vivebant iuxta jus Longobardorum, ad ejus limites, & regulas pro majori parte dictae consuetudines concordant, & quo jure Longobardorum, etiam in nostro Regno à tribus saeculis extra vivebatur, illaque jus commune reputabatur, licet à dicto tempore citra receptum sit, jus commune esse illud Romanorum, ut in dicta Neapolitana sub tit. de servit. ad etiam in Panormitana hoc eod. tit.

Unde apud nostros Regnicolas distinguentes nostra feuda regulanda jure primogeniturae, & more Francorum, distinguuntur alia feuda juxta dictas consuetudines regulanda sub nomine, seu vocabulo juris Longobardorum, ut liquet ex deinde per Cypre. Galeor. lib. 2. contror. 1. & 2. ubi allegantur Minad. & ceteri antiquiores has feudorum species bene distinguentes, ac habetur in Mutinen. feudorum hoc eod. tit. & sic vel ponderatio fundata est in falso praesupposito, vel ea admitti, de necessitate fieri oportere jus protomifcos, etiam in mere hereditariis locum habere, quod apud omnes est falsum, & reprobatum. Et haec quoad articulum in genere.

Quo verò ad nostram causam in specie, ex duabus rationibus, quae huc iuri protomifcos, vel prelationi dari solent, cerum est non esse applicabilem primam, quia ferociter, de ordine Sacri Consilii, vel alterius Judicis alienatione feudi sub hasta, successore prima ratio, quae in effectu est alienationem, & fecerat scilicet successores competens impugnandi alienationem post mortem alienatoris, unde de necessitate, admitti opinio Rovit. Apont. & sequacium, amplecti oportet tanquam unicam alteram rationem aequitatis, in qua praesertim Rovitus, Aponte, & sequaces se fundant.

Quo postro sequitur, quod ubi etiam captivare oportere intellectum in obsequium totae decisionum, & rerum judicatarum, sequendo affirmativam in casumere voluntariae alienationis quamvis valide, & cum Regio assensu facta ex privata partium conventionem; omnino tamen ea rejicienda venit in casu alienationis, quae publica, & judiciali autoritate sub hasta facta esset, ut ex Schrader. agnoscitidem Apont. dicta decis. 11. n. 14. & 15. & in tract. de potestate Preres. de divers. proposit. tit. 10. §. 1. nu. 2. & magis communitur firmant ceteri, de quibus Bilotes. conclus. feudali. 79. n. 8. de Marin. d. alleg. 127. n. 18. Roc. c. d. respons. pub. nu. 9. lib. 2. ac decisionem in Consilio Collaterali, refert Sanctel. dea. 104. n. 8. 19. & in fin.

Est bene verum, quod parum tuta videtur ratio à predictis ponderata, quod scilicet non Fundatarius, sed jure dunc vendat, quae receptum est, factum iudicis centum factum partis, atque actum dici potius voluntarium quam necessarium, utpote à facto voluntario debitoris originem trahentem, ex qua ratione in Curia receptum est, jus congrui locum etiam habere in venditione sub hasta.

Sed vera ratio est, quod cum haec prelatio fundetur in sola ratione aequitatis, ita tripliciter cessare dicitur in publica venditione, pro qua subsistenda major intrat aequitas, quae dictam aliam aequitatem suffocare debet, primo nempe quia aequitas est, ac publicae commercii magis interest, emptores sub hasta non remanere publica autoritate deceptos, secundo quia sic oblatores restabentur, unde subsistat nonnunquam saltem pro iusto, & convenienti pretio consumari possent in praedictum creditorum, eorumdemque debitorum, & publicae commercii, tertio demum, quia in casumere voluntariae, successores sanguinis est excusatione, ac quiete dignus, quia scilicet rei gestae ignarus, diligentiae adhibere non poterit, ne feudum extra sanguinem exiret, quo ratio cessat in venditione sub hasta, ut quae potius publica, & notoria, illi de sanguine cum ceteris oblatoribus concurrere poterant, praesertim ubi ipsemet factus est creditoribus, ad quorum instantiam subhasta facta sit, ut apud Cypre. Latr. consulti. 28. n. 50. & consulti 28. n. 84. & 85.

Unde propterea magis receptum in jure habemus, quod ubi etiam aduersus licitatem competere secundum creditoribus offerendi, illud cessat, quoties ipse secundum creditor certam notitiam habet subsistatationis; prout prelatio competens domino directo in alienatione rei hypothecatae cessat, ubi fiat sub hasta, & judiciali autoritate, ipsemet domino consilio, & infante, ut in tit. de servit. vel emphyteusis, cum similibus; quia sic cessare dicitur illa aequitas, quae est potissimum, ac unicum hujus prelationis fundamentum.



Observando potissime, quod etiam in casu Constitutionis sancimus, & ubi certum est jus congruere de mero rigore locum habere, illud cessat in venditione sub hasta, & judiciali autoritate facta, juxta opinionem Afflicti, & aliorum, de quibus Capyc. Latr. dicta consulti. 27. nu. 50. 28. num. 83. & 96. nu. 34. de Marin. & Roeb. locis citatis, quae recepta videntur in Regno, licet Curia Romana contrariam sequatur, igitur multo magis id recipiendum est, ubi talis tractus in stricta, & vera juris censura non competit, sed solum ex quadam aequitate supremo Tribunalium aliquando admitti consuevit.

Fortius vero concurrente alia facti circumstantia, quod ob verisimilem impotentiam intentantium hujusmodi praestationem, satis dubitari potest de fraude, & collusionione, ex deductis per Marin. dicta resol. 116. n. 47. & ex quo motivo Capyc. Latr. dicta decisi. 57. n. 42. & seqq. asserit emanasse illam resolutionem praestationis exclusivam, ista enim circumstantia, vel suspicio, non est mordicis capienda tanquam limitatio regulae clarae, seu exclusio juris aliis certitudinaliter competens, sed capienda est pro excludenda illa equitate, quae recessum a juris dispositionibus quandoque supremis Tribunalibus suadere consuevit, atque ut facultatis juris regulae, & rationes admitti debeant.

Et ex his, cum sensu etiam veritatis, pro juris protomifcos exclusione in hac facti specie omnino pro meo iudicio respondendum censeto, non laudando tamen alia motiva deducta ex Marin. d. resol. 116. nu. 17. & 18. ingeniose excipientes, quo ad jus feudale hujusmodi praestationem concedens, utpote loquens de agnatis masculis, convenire non debet feminis, vel cognatis, jus enim feudale ita praepositivè loquitur, quia ejus dispositione agnatis, non nisi agnati masculi feudorum capaces erant, unde habilis etiam feminis, vel cognatis, qui pariter inter heredes sanguinis veniant, eadem ratio in omnibus convenire videtur, merito quoque hujusmodi motiva in eo casu neglecta fuerunt, ut constat ex bene deductis per apud Capyc. Latr. d. dec. 57. n. 38.

ANNOTAT. AD DISC. XXXVI.

Cum dupbus sequentibus.

Agitur in his discussibus de iure protomifcos, seu de retractu praetativo, quod sonat in idem, & de hoc etiam agitur infra, disc. 110. ubi an hoc jus protomifcos procedat in venditione commoditatis.

Et de pluribus ad hanc materiam juris protomifcos in feudis, habetur apud Casari. de Afflicti. contrav. 20. & Rosam consulti. 27. Et conferuntur quae ad hanc materiam retractus praetativi habentur sub tit. d. servit. a disc. 68. ad 88. ac etiam tit. de employ. disc. 61.

Deciso allegata dec. 38. in Perusina coram Cocchino, circa retractum ratione consortii, est impressa inter suas decisiones 2229. & repetita dec. 317. par. 12. recentior.

JANUEN. JURIS PROTOMISEOS, PRO PRINCIPE AB AURIA, CUM FELICE PALLAVICINO.


Discursus pro veritate ad cause directionem extra Curiam.

De iure protomifcos, seu redimendi, an & quando competat filiis, vel agnatis adversus emptorem feudii; & de fideicommissio, an capit feudii, & quae.

SUMMARIUM.

- 1. Facti serie.
2. Jus protomifcos non competit in feudo novo alienato per ipsum primum acquirentem titulo oneroso.
3. Declaratur opinio Rosental. ut etiam in feudo novo locum habeat jus protomifcos.
4. Expenduntur rationes, ob quas conceditur in feudis jus protomifcos.
5. Quando primus acquirens non possit disponere de feudo novo.
6. Clausula iure feudi evicti, & antiqui, an faciat amicum illud feudum, quod est novum.
7. An jus protomifcos competat in feudo antiquo hereditario, vel mixto.
8. Jus protomifcos competit vivente alienatore.

- 9. An dicatur primus acquirens ille, qui veri acquirens sine assensu, vel ille, cui Princeps assensum dedit, & in Feudatarium agnovit, quamvis esset acquirentis successor.
10. An fideicommissum, vel primogenitura in feudo constitui possit.
11. Assensu domini censetur concessus pro eius iure, non pro tollendo iure tertii, de quo non sit facta mentio.
12. Declaratur conclusio, quod assensus reservatur sub clausula non aliter, requiritur tanquam conditio, etiam ubi de iure non necessarius.
13. An post mortem contrahentis, vel unius eorum obtineri possit assensus.



DISC. XXXVII.

Castro Cabellae, olim de iure alodium possessum per Fabritium, & Hieronymum patruales de Spinolis, idem de anno 1653. receperunt in feudum ab Imperatore Ferdinando primo cum alienandi libera facultate in eadem investitura contenta.

Anno 1583. Fabritius ejus medietatem vendidit Principi Joanni Andreae ab Auria, reservato assensu Imperatoris cum clausula, nec aliter, nec alio modo, & cum protestatione, quod eo assensu renuente, omnia gesta haberentur pro infectis, emptorque revendere promisit, quia in omnibus voluntati Imperatoris acquiescere intendebat.

Hieronymus alterius medietatis possessor adversus dictam alienationem sui retractus, seu protomifcos intentavit, atque hujusmodi lite coram Imperialibus Commissariis pendente, obiit de anno 1604. dictus Princeps Joannes Andreas filio, perpetuum successivum fideicommissum in universo asse ad favorem ejus dependente instituit, cum optimis cautelis legitimis, & rebellantiae, & cuiuscumque alterius juris detractionem impediendibus, dictoque Andreae parum patri superviventi succedente Joanne Andrea secundo ejus filio, hic de anno 1621. concordiam inivit cum Joanne Baptista dicti Hieronymi successore, qui praedicta liti cedendo, aliam etiam ejusdem Castri medietatem ab ipso possessam eidem vendidit, unde totius feudi dominus effectus, investituram cum dictarum primae, & secundae alienationum narrativa, & approbatione ab Imperatore Ferdinando secundo de anno 1624. obtinuit.

Mox de anno 1634. idem Princeps Joannes Andreas secundus praevia narrativa in precibus Ferdinando secundo portressis, se indigere ab aliquo mutuo accipere scuta 60. mil. pro conscribendo milite, eidem Imperatori in tunc urgentibus Germaniae calamitatibus oblato, supplicavit pro assensu hypothecandi ad tempus pro dicta summa ad favorem mutuantis, feudum praedictum Cabellae sui natura alienabile, cum ea conditione, ut si convento tempore elapso pecunia non restitueretur, licitum esset Creditori feudum alienare, ad effectum se reintegrandi de summa mutuatæ, & fructibus, residuum vero eidem Oratori restituendi, super quibus precibus Imperator licentiam praebuit hypothecandi ad tempus pro dicta summa feudum praedictum, cum facultate illud omnino alienandi, si statuo tempore mutui restitutio non sequeretur.

Hujus beneplaciti vigore, idem Princeps Joannes Andreas, tam praedictum feudum Cabellae, quam alterum contiguum, quod Cremenos nuncupatur, cum praesupposito quod esset dicti Castri pars, seu membrum, vendidit Felici Pallavicino cum pacto redimendi ad decennium pro dicta summa scutorum 60. mill. Et illine ad tres annos receptis aliis scutis 9. mill. dicto iure redimendi ad favorem emptoris renunciarit, & utraque conventio per eundem Imperatorem approbata fuit.

Mortuo autem dicto Principe Joanne Andrea secundo, Princeps Andreas secundus ejus filius, & successor, adit Curiam Imperatoris, a quo declarari petit sibi competere tempus

tempus 30. annorum (a die quo factus est major inchoandum) ad redimendum dictum feudum a parente alienatum, vel quatenus opus esset, sibi concedi restitutionem in integrum adversus lapsum temporis conventionalis decennii in ejus pupillari aetate defuncti, & cuiuscumque alterius termini: cui petitioni se opponente Pallavicino, acerrima inter eos in Casareo Aulico Consilio introducta fuit lites, protraxit usque ad annum 1650. circiter, a quo tempore, ob sequentem mortem tam A. Boris quam R. Elui, siluit.

Cum autem modernus Princeps Joannes Andreas tertius praedicti Andreae secundi filius, & successor, ejusque adhuc pupilli, vel minoris nomine Principissa mater, & turtix, seu curatrix, dictam antiquam actionem reassumeret, vel novam competentem iure fideicommissi ordinati per Joannem Andream primum, super dicti feudi recuperatione intentare intendere, petiit pro veritate responderi quid magis expediret, qualeve jus ex una, vel alia actione dictus Princeps foret.

Disputando autem portiones, quatenus pertinet ad secundam, de anno 1621. acquirunt per Joannem Andream secundum a Joanne Baptista successore Hieronymi, respondit non videri cum quo sano consilio Andreas secundum jus protomifcos, vel redimendi intentaverit, quoniam quidquid sit de articulo cadente in altera avita, & antiqua portio, ut infra, in ista vero tanquam in feudo novo acquirentem alienato, atque per plimum primum acquirentem, jus protomifcos filii, vel agnatis alienatis non competere, quamvis esset pacti, & providentia. Item in cap. 1. §. Titius si de feudis defuncti. milis. n. 1. vers. quod si Titius circa fin. vers. & loquitur, & sequuntur Alvarus Prepositus, & Afflicti ibidem, ac ceteri collecti per Mattrell. dec. 8. nu. 21. cum seqq. Rovit qui dicit esse juris indubitati, in ejus allegationibus impressis post dec. 11. Aponte nu. 17. & 89. quae sunt etiam repetitae in ejusdem Roviti commentis ad pragmat. in rubr. de feudis post nu. 18. vers. secundo considerantur, & nu. 38. Fab. de Anna obfero. 10. bene Aponte dicit. leg. 11. nu. 12. Capyc. Latr. consulti. 27. nu. 26. & consulti. 28. n. 24. Schrader. de feud. par. 8. cap. 7. nu. 32. vers. Haec tamen rationes, & ceteri per eos allegati.

Et quamvis Rosental. cap. 9. membr. 2. conclus. 88. num. fin. veritus dicit in feudo etiam novo id procedere, non bene tamen ejus opinionem probat, cum solum ad id allegat Afflicti, qui neque hanc ex professo tenet, sed potius sequitur sensum Andreae & aliorum, unde improbable satis est in iudicio juxta hanc secundam sententiam obtinere, cum sit contra communem sensum feudistarum.

Maximè quia primae opinionii (ultra Doctorem autoritatem) assistit ratio manifesta; in duplici enim ratione sua varias scribentium sententias, fundatum est hoc jus protomifcos, prima est illa honestatis, sive aequitatis, ne scilicet bona, quae nostrorum majorum fuerunt, ad alienas manus transcant, ut bene Cujac. in eodem §. Titius in dictis allegationibus, Rovit. post Aponte nu. 58. & seqq. & in dicta rubrica n. 26. & seqq. altera vero resultans ex facultate revocandi alienationem post mortem alienantis, ita ut sit potius praeventiva recuperatio ejus quod post mortem recuperari potest, ex eadem honestatis lege oriens, quarum utraque cessat in feudo novo quod titulo oneroso, quod esse per acquirentem alienabile, neque per filios, vel agnatos posse revocari, est recepta propositio, quam late ab impugnantibus tueri Berlich. p. 2. conc. 57. & nu. 13. procedendo etiam cum praesupposito, quod concessio esset in forma stricta pacti, & providentiae.

Clarior, quia tractatur de feudo facti improprio, utpote de sui natura liberè alienabilis in vim assensu generalis in prima investitura concessi, in quo proinde filii, vel successores non datur illud jus revocationis, quod quandoque etiam in feudo novo conceditur, vel quia sit pacti, & providentiae gratitudo, de quo neque primus acquirens disponere potest, vel quia leges municipales, vel investitura formula prohibent absque domini assensu dispositionem de ipso corpore feudi quamvis novi, & titulo oneroso quæsit, ut est in feudis utriusque Siciliae, propter Constitutionem incipientem, Constitutionem Diva memoriae, de qua feudi noni specie proprie sentire videtur, Rosental. d. c. 88. n. fin. dum ponderat facultatem revocationis, ex qua hoc aliud praeventivum remedium ex quadam aequitate prodictum est, ac adaptari potest, cum omnino incongrua sit, & inadaptabilis alia ratio honestatis advocandi ab extraneo bona majorum, quorum haec portio nunquam fuit, multo magis, si non visa investitura, non contineret formam strictam pacti.

Et, & providentiae, sed potius hereditariae, ut spectatis facti circumstantiis videbatur probabilis, stante libera facultate alienandi, faciente feudum hereditarium, & alienabile.

Ideoque quoad hanc secundam partem novam ab ipso alienante quaesitam, fatebar me non agnoscere probabile fundamentum, quo fretus, dicitur antiquae litis praesumptionem, vel novae susceptionem consulere possem, non quidem ex fundamento juris protomifcos ex premissis, & aliis difficultatibus inferius super alia portione ponderandis, neque ex altero suppositionis, & invaliditatis imperialis assensu, de quo pariter infra, quia in hac portione cessabant omnes considerationes respectu alterius antiquae portionis cadentes; nec demum ex altero fundamento fideicommissi, sub quo hac portio utpote post obitum testatoris quæsit non cadit, ita ut, licet subtilizando, ad ingenii ostentationem multa deduci possent, nullum tamen subesse debebam fundamentum solidum, quo cum salvis legibus conscientiae, & honestatis (quas utinam hujus facultatis professores, turpis lucri gratia sepe non spernerent) haec adeo incommoda, & dispendiosa liti consuli poterit, praeteritum tuitur, vel curatrix minoris, vel pupilli.

Neque in proposito alicujus momenti videbatur investiturae clausula, ut iure antiqui feudi concessio facta censetur, quia haec est quidem cautela acquirenti favorabilis ad effectum, ut potius antiqui feudi praerogativa, & honorificentia, nullatenus autem subleventalis est, ut extendi desulter eisdem acquirentis praedictum, ne de feudo disponere valeat, sive quod illud, praeter rei veritatem, dici possit avitum, & majorum, ex deductis in Parmen. feudi hoc eod. tit. & alibi.

Quo vero ad aliam portionem, antiquior tempore, per Joannem Andream primum, ut supra acquisitam, in ordine ad jus protomifcos, seu redimendi jam intentatum, multas pariter ponderabam difficultates, primam nempe, quia si hereditariae, vel mixtae qualitates contineret, nimis controversum est, an dictum jus competat, licet enim affirmativam nervose tueatur Rovit. in dictis allegationibus inferius post decisi. 11. Aponte & in commentariis ad pragmat. de feud. ubi diligenter hujus opinionis auctoritates, & rationes expenduntur, negativam tamen pleniori calamo tueri, ac veritorem offendit Capyc. Latr. consulti. 27. nu. 11. & seqq. consulti. 28. n. 54. & seqq. & consulti. 96. n. 3. & 4. ubi ostendit; huic magis communem etiam Germanorum assistere, unde negari non potest articulum esse satis dubium, & consequenter periculofum, praesertim quia Rovit. & sequaces prope loquuntur de feudis mixtis, postulantibus quidem qualitates hereditariae etiam ultimi mortis, sed talis naturae, quod eorum alienatio sine assensu, etiam ab ipso alienante, vel herede impugnari potest, quae qualitas in hoc feudo alienabilis ex sui natura negari potest, quod etenim istud feudum sit hereditarium potius quam pacti, & providentiae, vel mixtum, quamvis non viderim investituram desideratam, videbatur satis probabile, dum supponebatur alienabile, quod repugnat formulae strictae pacti, & providentiae, convenit autem feudo hereditario merito.

Altera non levis difficultas oriebat ex eo, quod jus protomifcos est proprie illud competens filiis, vel agnatis obtinenti pro eodem pretio praestationem adhuc vivente venditore, ut constat ex omnibus allegatis; eo autem mortuo, & aperto iure successione filio, vel agnato, hic potius venire dicitur iure revocationis, quatenus alienatio si male facta, vel alia de sui natura revocabilis, unde propterea post mortem alienantis, hujus remedi intentatio inepta videtur, quia si potest recuperari feudum nullo refuso pretio, fatuum est recurrere ad hoc remedium, atque in hoc libenter vidissim allegaciones scribentium in dicta lite jam agitata pro Principe Andrea secundo, ad effectum dignoscendi, ubi nam hanc praesumptionem cum probabilitate fundaverint.

Tertia difficultas oriri poterat ex eo, quod, cum hujus portio alienatio, non antea quam de anno 1624. Imperatoris assensu validata sint in persona Joannis Andreae secundi, hic dici debeat primus Feudatarius, & consequenter feudum novum, quia stante cuiuscumque alienationis feudi infectione resultant a l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. assensus revalidatorius est ille, qui animat, & informat actum, regulandum ut ex nunc, non ut ex tunc, unde prodierunt receptae propositiones, quod secundus emptor cum assensu, praeratur primo sine assensu, quoque creditores posteriores assensum habentes vincunt anteriores illo carentes, quia assensus est qui animat, & informat, & frequenter hoc eodem titi.



Verum credebam hanc tertiam difficultatem esse de facili superabilem, quia cum feudum pates illos de Spinolis esset sui natura alienabile, idcirco valde potuit abique alio assensu alienari in Joannem Andream primum, vigore assensus contenti in prima investitura, ita ut nova investitura, potius jure renovacionis, & recognitionis in dominium, quam jure concessione requiritur, verum, si hoc fundamentum subsisteret, ita feudum avitum, & antiquum respectu Joannis Andree secundi alienari non censendum esset, magis congruum, & salubre dicebam esse remedium vendicionis jure fideicommissi, tum quia opus non est refundere pretium, quod alio remedio jure protomiseos, vel redimendi omnino refundendum esset, tum etiam quia ita evitarentur premissa, & alia difficultates circa dictum remedium tractus cadentes.

Intrare videndum videbatur dilemma clarum, aut feudum dici non potest legitimum, nisi a tempore assensus Imperialis, ita ut dicitur fit novum in persona Joannis Andree secundi alienari, aut dicendum est legitimum quoniam per Joannem Andream primum ab ipso initio acquisitionis, ita ut dicendum fit antiquum.

Si subsistit prima pars, utique talis qualitas ita obstat remedio fideicommissi, ac alteri retractus ut supra; si vero subsistit secunda, tunc pinguis, & facilius est remedium fideicommissi, quam alterum retractus, idcirco mea sententia erat, novum judicium vendicionis jure fideicommissi ad primam portionem potius in jure debere, quia melius videbatur recuperare medietatem nullo soluto pretio, quam totum medietate integri pretii refusione.

Credebam vero fideicommissum, seu primogenituram recte fieri potuisse in hac portione feudi per Joannem Andream primum quaesita, sive jure domini directi, sive illud silio, & agnatorum spectaretur, cum versarentur in primo acquirentore titulo oneroso feudi, de sui natura, seu ex lege investituræ liberè alienabilis, quia si illud poterat in extraneos omnino alienari, & sic fieri id quod plus, multo magis ad favorem filiorum, & descendendum in eadem investitura comprehensorem adici potuit hoc vinculum, quod est minus, melioremque feudi conservationem in descendencia percipit, ut in specie fideicommissi, vel primogenituræ originatæ in feudo novo, seu de sui natura alienabili, Roland. conf. 42. n. 6. vol. 1. & conf. 1. n. 47. lib. 3. Cephal. conf. 3. n. 11. & 608. n. 44. Mandell. conf. 32. n. 64. Mant. de co. n. 1. lib. 9. tit. 11. n. 14. Peregrin. de fideicommissis, art. 6. n. 18. Fufat. de substitutione, qu. 631. n. 1. Intrigliol. de feud. centur. 1. qu. 51. n. 271. Milanen. decis. 8. n. 49. & 30. p. 1. Giurba alios cumulans, decis. 108. n. 17. & seq. & firmavit Rota in Mant. feudi 27. Jan. & 30. Maji 1659. coram Verofp. de qua habetur hoc tit. atque affirmat Rosental. cap. 7. conclus. 11. ubi solum id negat in feudo antiquo pacti, & providentia, sive in eo mixto, in quo inventarium suffragatur, ita ut non existentibus aliis fidei committentibus bonis, successor sanguinis jure proprium feudum vindicare, seu retinere valeat, quod in presenti cessabat ex duplici qualitate, quarum una sufficeret, quod scilicet agitur de primo acquirente, quod feudum est de sui natura alienabile, à mero hereditario in proposito nihil differens, cum hujusmodi qualitas resisteret etiam ex clausula, *quis dederit*, & ex clausula, *ad habendum*, impliciter alienabiliter inducentibus, multo magis ubi accedere praefata alienandi cum subequa ejusdem Imperatoris declaratione, in duplici assensu praestito ad favorem ejusdem emptoris, quod feudum esset de sui natura alienabile.

Hinc propterea nullatenus obitare videbatur, tam primam vendicionem cum pacto de retrovendendo, quam secundam sessionem ejusdem pacti muniat esse Imperatoris beneplacito, quia cum nulla facta sit mentio fideicommissi, sed potius pro eodem sit cum praesupposito, quod feudum esset de sui natura alienabile, dominus assensu censetur pro jure suo tantum, non autem in abique certa scientia jure alieni voluerit illi derogare, juxta satis receptas & notas juris propositiones, ideoque opus non fuit assumere aliquas inspectiones, adeo quod huiusmodi hypothecandi pro fit ad alienationem cum pacto de retrovendendo, & an sequens approbatio cessione dicti pacti revalidet dictam vendicionem praeter licentiam formam subsecutam, quia ubi habentur fundamenta magis plana, & tuta, difficiolora, & magis disputabilia expectanda non sunt.

Quare concludendo dicebam, hodiernum Principem, tanquam in dicta primogenitura, seu fideicommissio successore, jure proprio satis probabilem fovere causam in vindicanda dicta medietate, seu prima portione jure fideicom-

missi, absque aliqua pretii refusione, & super hoc motivo insistentem esse, super alia vero medietate ab eodem alienante acquisita, parum tutam fovere causam.

Clausa, non aliter, nec alio modo, contenta in instructo acquisitionis factæ per fideicommissum tenentem à Fabricio Spinola, videbatur, quod praemissis non obstat, neque tolleret dictæ portionis pertinentiam ad fideicommissum, licet enim ubi reservatio beneplaciti sit simpliciter, nullum praestit impedimentum, quia reservatio censetur, quatenus de jure sit necessarium, secus autem ubi sit cum dicta clausula, non aliter, nec alio modo, quia tunc, etsi de jure non requiratur, dicitur etiam necessarium, non tanquam solemnitas, sed tanquam conditio ex partium voluntate desiderata, & sine qua contrahere noluerunt, ex deductis per Ludov. & Adde. de dec. 192. Outhobon. decis. 147. num. 7. & 8. plenè in Bononien. primogenitum 14. Februarii 1698. coram Bitbio, & in supra allegatis Mantuana feudi 27. Januarii, & 30. Maji 1659. coram Verofp. & attamen id rectè procedit ad effectum, ut partes non sequuto beneplacito, tanquam ex defectu conditionis necesse possint à contractu, non inde tamen inferri potest, quod illis acquirentibus contractum jam effectum, possint emptoris successores, suis auctoritate dominium resistere, quia, ut dictum est, effectus ex dicta clausula resultans, respicit voluntatem, ac favorem emptoris contra venditorem, vel e contra, quatenus ipsi, vel eorum alter in contractu perseverare nolit, & in his terminis procedunt dictæ autoritates, & alia, quæ in proposito adduci possunt, praesertim quia constat de partium voluntate transferendi, & respectivè acquirendi dominium, ita ut dicta conditio, potius tanquam resolutiva, quam suspensiva adjecta videatur, necdem ex subsecuto effectu traditionis, & longevæ possessionis, sed ex ipsiusmet contractus tenore; dum in casu, quo Imperator assensum nollet, emptor revendere promisit, ac habere actum pro infecto, & sic est solum conditio resolutiva in casu denegati assensus, quæ conditio non evenit.

Hinc proinde extranea videbatur casu ex quaestio, an assensus post mortem contrahentium obtineri valeat, & suffragetur, de qua Apont. de post. Prores. tit. de assensu, reg. 2. fol. 303. in meis Galtott. lib. 2. contr. 27. per quos invicem pugnantibus opiniones referuntur. Tum quia quaestio cadit resolutiva contrahentibus, quorum unus altero invito ex defectu beneplaciti alienationem revocare velit, tum etiam quia procedit in feudis de sui natura non alienabilibus, in quibus assensus tanquam omnino necessarius animat, & informat actum aliis ipso jure nullum, in quibus terminis non versabamur.

ROMANA, SEU SABINEN. P R A L A T I O N I S P R O A. C U M B.

Responsum pro veritate in congressu.

De jure protomiseos, seu praelationis adversus extraneum emptorem, an competat consorti, qui feudi, seu Castri, vel jurisdictionis partem cum venditore possidebat, quomodo, & quando competat.

S U M M A R I U M.

1. Facti series.
2. De jure protomiseos in feudis, quando interret, & locum habeat, vel ne.
3. De natura castrotrorum in Statu Ecclesiastico, ut non sint vera feuda.
4. De dominio, vel possessione fructuum, & emolumentorum Castri non inferior ad dominium.
5. Quando dicitur consortium.
6. An de jure communi, competat retractus, seu jus praelationis ratione consortii.
7. Ubi habemus legem scriptam, non curantur rationes convenientiae.
8. Quando interret Judicis officium pro praelatione consortis in jurisdictione, & castro jurisdictionali.
9. De inconvenientibus resultantibus à communi jurisdictione.
10. Subditorum, & vassallorum interest non habere dominium multipliciorem.

Baro, vel domicellus cognoscit alterum baronem, vel domicellum sub sua jurisdictione delinquentem.

D I S C. XXXVIII.

Perobitum unius ex duobus dominis, & possessoribus quorundam Castrotrorum in Sabinis, Camera Apostolica pretendens factum esse locum devolutionis ad eius favorem, de facto adeptæ possessionem medietatis à defuncto possessore, retentisque pro se dominio, & jurisdictione, fructus, redditus, & emolumenta pro rata ad defunctum pertinentem, dedit in tenentam quibusdam ejusdem defuncti adponentibus, donec eis solveret quamdam conventam pecuniarum summam; unde propterea obviavit dedit, quod Camera summam; & retinet medietatem jurisdictionis cum ea divisione inter alterum consortem, seu condominum, quod quilibet respectivè pro feo mensibus deputat Officialis, ac illam in solidum exercet, dicti vero cessionario obtinuerunt, & obtinent pro quocumque, seu satis inter se divisim medietatem fructuum, & emolumentorum. Cum autem unus ex his cessionario fructuum, suam ratam vendidisset extraneo, dominus vero, & possessor dictæ medietatis, tam in Dominio, & jurisdictione, quam in fructibus us supra, pretendet habere jus protomiseos, seu praelationis ratione consortii, seu communione, hinc de super expedito meo sensus, difficultatem habebam super hujusmodi praelationis incompetentiam; ingentum tamen est, quid desuper sequutum sit, vel quia agnitis difficultatibus opus tentatum non fuerit, vel quia inherentes illis, qui auribus priores, non de facili litigare volentes retrahere solent, idem opus tentatum esset, sed sine effectum.

Examinando siquidem punctum, tres constituebam inspectiones, sive tres dicebam adesse vias, cum quibus procedi posset, unam de jure, alteram in puris terminis juris communis, & tertiam ex officio Judicis, ratione aequitatis non scriptæ, sive, ut alii dicunt, congruentias, & epicheja.

Quatenus pertinet ad primam, quamvis in iuribus feudilibus in cap. 1. & Titulus de feudo, def. c. 1. §. sed & res. per quas sit investitura, & c. 1. §. per, qualiter olim feuda alien. poterat, expressè disponitur hoc jus protomiseos, seu praelationis competere, & de quo in his terminis feudilibus habetur particulariter actum in Januen. feudi Gabellæ, & in Montis Pelusii praelationis hoc eod. tit. ubi de materia, nihilominus ex pluribus dicebam hoc jus in presenti non intrare, & primò quia istud est jus sanguinis competens tantum agnatis in investitura vocatis, ut litteraliter eadem jura disponunt, in quibus omittit esse casus communionis, & consortii.

Secundò fortius quia ex verborum sententia, & de qua apud Capyc. Latr. consul. 27. 28. & 96. Sanfelice. decis. 100. & seq. & alios de quibus in dicta Amonis Pelusii, neque simpliciter, & indefinitè ratione sanguinis hoc jus competat, sed solum quatenus agatur de feudo antiquo ex pacto, & providentia, ita & taliter, quod sequuta morte Feudatarii alienantis, possit agnatus, qui jus protomiseos intenter, vendicare feudum ab emptore, etiam nullo resituto pretio, unde propterea est solum quoddam jus preventivum cum extranei emptoris favore, quod ita pretii refusionem obtinet, ut latius in dicta Montis Pelusii, & in altera Januen. quod in praesentibus non potest, quoniam ubi etiam, hæc dicenda essent feuda, non tamen habent dictam qualiteram pacti, & providentia, sed sunt mere hereditaria.

Tertiò fortius, quia excepta illa remotas, & impropria feudali qualitate, quam late subsistere conatur Spada consil. lib. 1. ad effectum scilicet excludendi purum aliodium pro alto dominio, & superioritate Pape, in reliquis hujusmodi castra, juxta ferè generale naturam locorum jurisdictionalium Status Ecclesiastici, quæ possidentur per barones, & domicellos, nihil habere videntur de feudali qualitate, dum nulla adest investitura, nullum praestatur servitium reale, vel personale, minufque iuramentum fidelitatis, atque sunt liberè transmissoria ad quoscumque, tam per ultimum voluntatem, quam per actum inter vivos, illa prohibitione, seu restrictione excepta, quæ resultat à Constitutionibus Apostolicis Sixti V. Clementis VIII. & aliorum successorum Pontificum super bonis jurisdictionalibus; & quare clarior, quia neque dicti participes dici poterant consortes, seu condominii, cum habent non jure dominii, sed simpliciter tenent solum fructus, redditus, & emolumenta, ex quibus, etiam jure dominii possessis, non inferunt ad baronem, seu dominium, & possessionem ipsius feudi, vel castri, cum hæc sint inter se separabilia, imò separata, ex his,

quæ in proposito habentur particulariter deducta in Tiburtina Castrotrorum hoc tit. ac etiam in Romana, seu Status Ecclesiastici investitionum.

Et ex hac circumstantia, quod scilicet ageretur de solis fructibus, quamvis jure dominii possessis, multominus dum jure simplicis tenent, resultare dicebam ejusdem juris incompetentiam, attenda dispositione juris communis, quamvis etiam verus esset, hunc retractum ratione communionis, vel consortii competere, cum revera nullum adesset consortium, ad cujus effectum requiritur coequalitas dominium in solidum, ita ut uterque sit dominus rei in toto pro grus quota, seu rata, ex plenè deductis per Merlin. decis. 411. n. 28. cum seq.

Multo magis, quia de jure verius est hujusmodi retractum, seu jus praelationis ratione communionis, & consortii non competere, licet enim aliqui ex originali traditione legent in l. dudum, num. 2. Cod. de contrahen. empt. & in l. ff. de priv. Creditor, quos refert Gratian. disceptat. 226. n. 2. & Donadus de renunt. tom. 2. cap. 26. numer. 110. Capyc. Latr. dec. 168. Rota in Perul. retractus 4. Maji 1637. coram Cocino in principio. velint de jure, vel congruentia hujusmodi praelationem adversus extraneum emptorem consorti concedendam esse, nihilominus in contrarium est magis communis, & vera, quoniam ex dispositione textus in d. l. dudum, & in l. prima, C. commun. ad id. & leg. falso, & portionem, C. de commun. rerum alien. contrarium firmant glof. Oddofred. Bald. Angel. Salicet. & ceteri ad eandem mox allegatas leges, ac sequuntur consules, tractantes, & decidentis collecti per Tiraque. de retr. act. l. 2. in p. n. 15. & seq. Porro de consort. cap. 1. Thef. jun. lib. 1. qu. forens. 39. num. 5. & seq. & alii plenè deducti dicta Perulina retractus 4. Maji 1637. coram Cocino, ubi elaboratissime cumulantur ferè omnes de materia agentes, unde dici potest decisio in materia magistratrali, & in terminis alienationis partis Castrotrorum Jacobus Valner. de alien. Castrotrorum, discept. 7. num. 28. & per tot. & admittitur in puncto juris apud Capyc. Latr. d. dec. 168. Lanar. jun. & Donad. de quibus infra.

Ubi enim contrarium expressè statutum est in jure, tunc non curantur rationes honestatis, & convenientie, ut in his terminis retractus firmatur decis. 502. & 547. part. 2. recent. Romana praelationis 12. Februarii 1618. coram Sacro, & in dicta Perulina coram Cocino, atque in fortiori casu habetur in Romana praelationis pro Cardinali de Balneo sub tit. de servit. ad materiam retractus, ubi de denegata praelatione juris redimendi qui erat emptor, & possessor.

Quando autem consortium, seu communio inter petentem praelationem, & venditorem, ac respectivè extraneum emptorem, fuisse etiam in dominio, & jurisdictione, tunc quamvis de juris stricta censura dictum jus protomiseos, seu praelationis non intrare, nihilominus, (aggreddendo tertiam inspectionem, & ex quadam aequitate, seu epicheja ad evitanda plura inconvenientia ex hujusmodi communiōne resultantia, intrare debere probabilius credidissimè Judicis officium, pro tollendis pluribus inconvenientibus, de quibus apud Donad. d. c. 26. num. 92. cum seq. videtur etenim materia arbitraria, praesertim ubi non agitur coram inferiore, & pedaneo iudice, sed coram majoribus Magistratibus, juxta casum decisum per Collaterale Consilium Neapolis de anno 1617. relatum per Lanar. junior. in addit. ad repet. Lanar. senior. in §. sed etiam res, per quas sit investitura, & Donad. d. c. 26. num. 106. ac alium casum, de quo apud Capyc. Latr. d. dec. 168.

Plura enim inconvenientia resultant ex hujusmodi communiōne, seu promiscuo exercitio jurisdictionis, quoniam ob ingeniorum varietatem, & ex regula quod Imperium non capit duos, quod tibi placet, alteri displicet, & qui sunt unius dominantis benevoli, sunt alteri parum affecti, & contra, unde propterea justitia non bene administrari potest, quamvis etiam jurisdictionis exercitium dividatur in annos, vel menses, aliisque tempora, quoniam delinquentes sub uno gubernio certi essent de indulgentia coram altero, unde propterea delinquentes nunquam condignè puniri possent. Concurrente etiam favore ipsorummet subditorum, quorum interest plures dominos non habere, adfectorum eorum, quæ habemus in materia jurisdictionis, quod Ecclesiæ interest ad unam, vel modicas personas restringi, ac etiam hoc titulo pluries in materia feudis erigendi 10 in primogenituram praesertim in Mutinen. in Mantuana, & in aliis, & sic, reflectendo etiam ad veritatem, credidissimè juxta dicta exempla, seu decisiones Regis Collateralis



lis Confitti, ita probabilitur iudicari debuisse, quando confortum, seu communio fuisset in iurisdictione, ac dominio castri.

Verum omnia haec cessabant ex defectu applicationis ad factum, quoniam penes dictos possessores medietatis reddituum, proventuum, & emolumentorum, non aderat iurisdictione, nec in dominio, nec in exercitio, & consequenter non intrabant rationes, ex quibus laudabiliter dicta aequitas, seu epicheja ex Iudicis officio admittenda est, & quod magis, neque dici poterat condomini in caltris, tum quia ex dominio fructuum, proventuum, & emolumentorum non inferretur ad dominium, vel possessionem ipsius castri, ex deductis in Tiburtina Calstrorum, tum etiam quia neque fructus, redditus, & emolumenta per eos possidebantur in dominio, sed in sola tenuta provisionaliter, donec certa pecuniarum summa eis solveretur, atque eatenus considerabam dictum Iudicis officium sive magni Magistratum Arbitrium ex dicta ratione aequitatis, & congruentiae intrare posse, quousque ipsamet fructuum, & proventuum, & emolumentorum communio, in convenientia, & scandala produceret cum praedictis iustitiae, atque incommodis, & damnis Vassallorum, ex facti circumstantiis, ex quibus totum regulandum videtur.

Hinc de plano favore dicti domini medietatis castrorum resubstant resolutio super competentia ius iurisdictionis, & Imperii, cum dictis fructuum, & reddituum condominii, seu participibus, cum ita censendi sint merè privati, eo modo quo reliqui incolae, vel bonorum possessores, absque eo quod ipsi convenire possent qualitas baronum, vel domocelli, & nihilominus etiam si essent tales, adhuc verius est unum baronem cognoscere alium in suo territorio delinquentem. Rot. dec. 3. de foro comper. in antiq. Sancti. dec. 65. ubi concordantes.

FERRARIENAE BONORUM PRO MARCHIONE VILLAE CUM CREDITORIBUS MONTIS GILIOLI.

Causa decisus per Cameram pro creditoribus.

Concessio feudi rustici, an censetur facta ad corpus, vel ad mensuram, & Feudatario confundente fines, cui incumbat onus illos distinguendi, ac probandi indentitatem feudi, eiusque fines, & quantitates, & an bona per Feudatarium quaesita, & cum feudo confusa, efficiantur feudalia.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Distinguntur plures casus, vel species questionis, an praesumenda sit qualitas feudalis, vel allodialis.
3 Feudatario confundente fines, ita ut distingui non valeat feudum ab accessionibus, quid agendum.
4 An in feudis in rebus questio si concessio censetur ad corpus, vel ad mensuram.
5 Feudum dicitur beneficium, quod ex benevolentia datur, & ex lege iustitiae distributive potius, quam commutative.
6 Feudum dicitur universitas, sed an sit facti, vel iuris.
7 Dicitur quoque homo mutus, & surdus.
8 Dari potest feudum in certa parte rei.
9 Vassallus potest cogere dominum, ut ostendat fines partis concessae.

D I S C. XXXIX.

Concessit de anno 1394. Dux Ferrariae in feudum Camillo, & Scipioni de Gualenghis eorumque descendentes masculis quamdam partem terrae sitam in Villa Formignani, & vineam quinque milliariorum vitum, vel circa iuxta fines tunc expressos, de quibus infra in discursu, cum autem per extinctionem lineae masculinae factus esset casus devolutionis, atque Innocentius Decimus de anno 1647. idem feudum concessisset Marchioni Villae, contra istum iudicium instituerunt creditores Montis Gualenghis super bonis liberis ad dictos eorum debitores spectantibus, & apprehensis sub dicto titulo feudi, quod dicebant solum consistere in tanta terrae quantitate, quae apta esset ad constituendam vineam quinque milliarium iuxta investiturae tenorem, atque iuxta dictam eorum praetentionem obtinuerunt creditores favorabilem sententiam à The-

sauro, & introducta per appellationem causa in Camera, haec in prima propositione, nulla capta resolutione, mandavit confici mappam, seu plantam partibus aedificis, eaque confecta, prodidit resolutione reformatoria sententiam in parte, decernendo scilicet quamdam partem Marchioni pro feudo, non quidem limitatè, ac praesens ad dictam solam mensuram à creditoribus praesentiam, sed iuxta id quod ex verbis, & finibus investiturae iudicatae fuit sub ea cadere, reliquum vero ad iudicium creditoribus, & mihi quavis scribentibus pro Marchione, qui praetendebatur venire sub feudo, resolutio non displicuit ex pluribus circumstantiis facti, in quo potius quam in iure praesens causa consistebat, praetertim quia in quadam parte huius possessionis, seu praedii ita confusi aderant plura aedificia, de quibus investitura nullam faciebatur mentionem, cum tamen doceretur de discretivis, quod scilicet ubi in petitis terris, vel possessionibus, quae eidem Gualenghis ab eodem Duce concessae fuerant, aderant domus, & aedificia, id expressum fuit, ac etiam quia docebatur de acquisitionibus, aliisque concurrentibus circumstantiis, clare probante totam controversiam possessionem non posse cadere sub dicta concessione.

In hac autem bina disputatione habita in Camera, quoad ea, quae iuris sunt, scribentes hinc inde satis prolixè, & cum magno allegationum cumulo duos disputant articulos, unum, an totum id quod est intra fines feudi praesumatur feudale, in quo scribentes pro actoribus conabantur probare negativam, ex traditione Hostien. aliorumque Canonistarum in c. nimis de jurejur. cum sequitur Rota in celebri Assen. feudi coram Bualo, cum qua in aliis proceditur ex collectis in Clomacen. Vallim, in Massanen. Calstrorum, & in aliis hoc eodit.

Alterum vero, in quo magis elaboratum fuit, ac penè tota fuit disputatio, an scilicet concessio esset ad corpus, vel ad mensuram, super quo deducebantur questionem agentes Oldrad. conf. 197. Soccin. conf. 22. lib. 4. Mantica de raris. lib. 4. tit. 17. Surd. dec. 64. Greg. dec. 104. 128. & 168. decis. 201. post Zaceh. de obligat. dec. 135. part. 9. rec. ubi ceteri de materia emptionis, & venditionis, quando scilicet ad corpus, & quando ad mensuram.

Scribens pro investito, & sic pro feudali qualitate, credebam, vel extraneam à casu videlicet utramque questionem praedictam, ab aliis cum magno labore tractatam, vel in doctrinarum allegationibus procedi cum aliquo equivo-co, ac terminorum, seu casuum confusione; quatenus enim pertinet ad primam questionem, cuius incumbat onus probandi feudalem, vel respective allodiale qualitatem, iuxta ea quae magis ex professo habentur in dict. Clomacen. & Massanen. ac in aliis, plures sunt huius questionis species vel casus diversas rationes habentes, unde propterea erroneum est eam sic generaliter agere, atque omnes auctoritates agentes de materia in genere, in quocumque casu allegare, ut in praesenti febat hinc inde.

Prima enim questio, seu questionis casus est, ubi agitur de metienda natura totius corporis, seu universitatis, pura Caltri, tenimenti, vel loci, an esset feudale, vel allodiale, & tunc proprie intrat propositio Hostien. aliorumque Canonistarum in dict. cap. nimis de jure jur. atque isto casu cadit propositio, in qua scribentes pro creditoribus nimium insistebant, in suo casu vera, quod scilicet sufficere influere hinc inde utriusque qualitates probationes, vel indicia, & conjuncturas, ut in possessorio obtinere debeant creditores, vel haeredes contra dominum, seu habentem causam ab eo, ex deduct. per Argel. de legi. contr. aut. qu. 20. art. 1. Mantica de raris. lib. 23. tit. 4. nu. 2. ac habetur in Placentina hoc eod. tit. ex ea ratione, quod cum regula assistat allodialitati, pro ista in dubio, praetertim in iudicio privilegiato possessorii est iudicandum, donec magis concluderet probetur servitus feudalis, quae allegatur tanquam limitatio, nam interim haec dicitur exceptio dubia, & alioris indignis; sed ista species non intrabat in casu, cum, non dubitaretur de feudali-tate in parte.

Alterà questio est, frequentius disputari solita inter dominum directum, & feudatarii defuncti haeredes, & de qua in allegatis Clomacen. & Massanen. ac etiam in Romana, seu Persiana, ubi scilicet non dubitaretur de feudali-tate ipsius Castri, seu loci universalis, quoad iurisdictionem, & territorium in universum, sed solum questio esset de praedictis, domibus, villis, & aliis, quae per ipsum feudatarium possidebantur intra illius universitatis fines, ut locis allegatis; sed pariter.

Tertià est inter feudatarium, seu dominum Castri aut al-

terius

terius loci, & Vassallos, vel incolas ejusdem loci super qualitate praediorum, aliorumque bonorum, quae per privatos intra ejusdem loci fines possideantur, an scilicet sint libera, vel feudo redditicia, & de hoc proprie agunt Afflic. & ceteri deduci in d. Clomacen. & in Hydruntina hoc pariter tit. sed pariter extra rem.

Quarta demum (omissa aliis) est questio faciens ad rem, ubi scilicet non dubitatur de substantia feudi in parte, sed sola questio est super identitate, seu situ, & quantitate, qualis est casus controversiae; & haec dupliciter contingere solet, primo nempe, ubi dominus, possidens in loco plura bona, aliquam eorum partem concedit in feudum, aliam vero pro se retinet, vel deinde aliis concedit. Unde propterea dubitari contingat, quid, & quantum sub feudali concessione censetur ad corpus, vel ad mensuram; sed pariter id extraneum erit à casu disputationis, quia non constat, Ducem tunc alia bona adiacentia sibi habere.

Secundo autem contingere solet, quia factò casu devolutionis, feudatarius, vel ejus haeres, non negando feudum in parte, dicat illam tenentem, seu possessionem, cuius devolutio praetenditur, consistere partim ex feudo, partim vero ex aliis acquisitionibus, seu accessionibus ita cum feudo confusis, quod dignosci non possunt, qualis esset pars feudalis, & quales essent accessiones; & hic erit propius, ac praecipuus casus controversiae.

Et tunc intrat in primis questio facti, seu voluntatis, an scilicet feudatarius dictas accessiones, & incorporationes domini non doceatur, cum in dubio ex parte domini non doceatur, apud Rovit. conf. 101. lib. 2. de Martis. res. fol. 133. & 134. lib. 2. ac habetur in aliis hoc tit. pluribus, admetibam tanquam certum, feudatario, vel ejus haereditibus, seu cum repraesentantibus competere jus separandi dictas accessiones, tanquam meliores possessiones praesertim separabiles, ita tamen quod jus domini non fiat deterius, sed punctum difficultatis cadere dicebam in casu confusionis, ac incertitudinis, quia nempe non constat, quid importet feudum, & quid accessiones, tam circa situationem, quam circa quantitatem.

Quo casu in nullo iure, quod sciam, peculiari militante in feudis) ex regulis generalibus, quas habemus in quocumque possidente iure domini resolvablem, ut sunt etiam emphyteuta, fidei commissarius, beneficarius, maritus, & similes, intentio domini directi videtur fundata in toto, donec dominus subalterius, cuius jus resolutum est, & qui allegat accessionem separationem, probet, quidnam dictas accessiones importent tam quoad locum, quam quoad quantitatem, cum hac sit poena confundentis rem suam cum aliena, ut generaliter Merlin. dec. 405. alias 279. part. 5. recent. numer. 11. Orthob. decis. 102. numer. 16. Add. ad Gregor. decis. 575. numer. 11. & in terminis feudibus Hostien. in summa de feud. §. quibus mod. Jacobin. inoffit. sent. verb. dicitur que Vassallus, Pergr. de iur. fisci, lib. 7. tit. 3. numer. 19. & de fideic. art. 44. numer. 23.

Ubi vero id non sit omnino justificabile, constet autem in genere de mixtura, seu confusione, tunc intrat iudicis arbitrium regulandum à probabilibus argumentis, & indicis, idemque arbitrium in dubio interponendum potius favore domini, quam confundentis, & sic assignando, seu separando aliquam partem in loco inanis congruo, & verisimili iuxta a dictam decisionem 405. Merlin. prout in praesenti cautio per Cameram praestituta fuit, & cum non ex eo quod Vassallus, vel alter, cuius jus resolutum est, non bene distinguat fines, exinde resultare debet amissio rei propriae, quodque dominus, vel alter, ad cuius favorem factus est casus resolutionis, debeat de alieno locupletari invito domino, sed pena confundentis consistit in onere sibi incumbente distinguendi, vel in eo, quod arbitrium contra eum in dubio interponendum sit, quodque interim dominus potiora sint iura in possessorio, ne aliis culposus sentiat culpa, & delicti commo dum, ut sequeretur, si haec illiquiditas, seu confusio impediret dominum, & confunderet in possessione confundentem, vel habentem causam ab eo, quia esset punire innocentem, & praemiare delinquentem, cui proprium delictum commodum produceret.

Quo vero addicam alteram questionem principalem, num scilicet concessio censetur facta ad corpus, vel ad mensuram, dicebam, quod quantum tunc (in aliqua tamen temporis angustia) videre licuit, feudalia istam questionem non tractant in terminis gratuite concessionis feudi veri, & recti absque pretio, & sub sola obligatione alienjus fer-

vitii, vel modice recognotionis, utpotè feudibus terminis parum congruae, quoniam huiusmodi questio frequentius cadere solet in contractibus merè correlative ad limites iustitiae commutativae regulandis, ad effectum, ut comperta majori, vel minori quantitate, seu mensura quam enunciata sit, teneatur, vel ne alter contrahentium iuxta dictae iustitiae commutativae naturam, & respectivitate obligationem, supplere, vel minuere pretium, quod ubi venditio est ad corpus, dicitur unum, ubi vero est ad mensuram, dicitur distributum in singulas mensuras, seu partes enunciatas, atque ad hunc, vel similes effectus dicta questio agitari solet.

Unde propterea in gratuitis, ac regularibus concessionibus feudibus, quae à Principe sunt eorum benevolis, seu benemeritis, cum in eis non cadant termini iustitiae commutativae, sed potius illi iustitiae distributivae, non de facili intrat dicta questio percutionis principaliter dictum effectum reductionis rerum ad respectivitatem, ac iustitiam commutativam.

Feudum enim dicitur Principis beneficium, quod ex benevolentia alicui datur, à publico patrimonio originem habens, ut ita Princeps miles, & Vassallos devotos sibi acquirat, cap. 1. §. beneficium, ex quibus caus. feud. amitator, & ex Ilermia, Baldo, & ceteris, Mantica de raris. lib. 23. tit. 2. numer. 2. & Rosenthal. de feud. c. 1. conclus. §. 2. apud quos concordantes; si ergo est beneficium ex benevolentia, intrare non videtur inspectio, an ad corpus, vel mensuram concessio facta sit, cum essent illi effectus, ad quos frequentius de hoc agi solet.

Item ad eandem incongruentiam ostendam considerabam, quod feudum dicitur universitas, utpotè constitutum ex certo corpore in sui esse perfecto, & constituyente universitatem, de qua solum disputant feudatarii, an sit universitas facti, vel universitatis iuris, de quo Ilermia, & Adden. in cap. 1. quid sit investitura, ibique Afflic. & ceteri collecti per Rosenthal. cap. 10. conclus. 44. numer. 3. Curte in diversor. feud. cap. reliquum, numer. 36. & 369. plenè Amichangel. qu. feud. 3. ubi disputato articulo ad partes, habetur magis communem esse, ut sit universitas facti, omnes tamen concordant esse universitatem constitutam unius corporis, igitur semper dicitur ad corpus.

Concurrente in idem feudistam propositione, quod feudum dicitur homo mutus, & surdus; qui cum non possit loqui, nec operari per se ipsum, utitur opera possessoris tanquam ministri, seu organi; ut eo mediante, membra, seu iura ab ipso concessa recuperet, atque ejus corpori, seu unitati restituat, iuxta glof. Magistralium Marini de Caramanico in Constit. Regni consuetudinem praeviam, quam in omnibus ibidem approbant Ilerm. Afflic. & Lallus de Tulfia, Frecc. de feud. lib. 3. 1. format. numer. 5. Aponte de potestate proreg. tit. de elect. Official. §. 3. n. 12. & conf. 8. n. 20. lib. 2. bene Rovit. dec. 6. n. 8. & 10.

Si ergo est unum corpus, adinstar corporis humani constitutum universitatis, non de facili adaptabiles videntur termini dictae questionis, quam idcirco, vel nullatenus, vel nimium de raro feudista tractant, & disputant.

Et quamvis non implicet concedi in feudum certam rei partem ad mensuram, nihilominus id est satis rari, ac verificabile, quando dominus ex certo praedio, vel parte partem concedit Vassallo, & partem pro se retinet, quo casu disputant feudistae; an Vassallus cogere possit dominum, ut ostendat fines, seu limites concessionis, ne tractu temporis modicum terra ostenderet, concludentes affirmative, ac propterea monentes, cautius esse ab initio, & in ipsa investitura fines exprimi, ut post glof. firmant Ilermia in c. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Fedet. §. illud quoque, numer. 64. Afflic. ibid. numer. 9. Alvarot. n. 6. Zab. de feud. part. 6. n. 39. Schrad. part. 5. c. 6. n. 23.

Verum haec probabilitas non cadebat in praesenti, dum concessio non erat de parte ejusdem rei, reliqua parte penes dominum remanente; sed erat de toto, quod sic ibi habebat, ideoque veri, & proprii termini iustitiae controversiae erant jam dicti super accessionibus, earumque confusione cum feudo, unde onus est feudatarii excipientis de accessionum, seu mellioramentorum separabilium detractione, illas ostendere, vel distinguere, vel intrat iudicis arbitrium interponendum iuxta modum, de quo supra, ideoque remanet questio potius facti quam iuris, ex singularum casuum circumstantiis decidenda.



ANNOT. AD DISC. XXXIX.

De confusione fines agitur tit. de emb. disc. 56. ac etiam tit. de fideicom. disc. 194. & in hoc Supplemento Bonou. fideicom. de Ghibertiis eod. tit.

FERRARIENS. JURIS PISCANDI, PRO ABBATE GILIOLO, CUM PP. CARTHUSIANIS.

Causa decisus per Cameram pro PP.

Devolutio feudo, an expiret concessiones facta per Feudatarium.

Concessio facta ad beneplacitum, an expiret per mortem concedentis, vel per feudi, & dignitatis expirationem.

An prima concessio censetur revocata per secundam alteri factam, & devolutio feudo dignitatis, an duret dignitas.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Regalia non possunt haberi sine titulo, ideo in eis non datur interdictionum possessorum ex sola possessione.
3 Devolutio feudo, an devolvatur sub feudo remissivo.
4 Gratia, seu concessio ad beneplacitum expirat per mortem concedentis.
5 An sit vera limitatio, quia dicta regula traditur, ut procedat in odiosis, non autem in favorabilibus, & gratiosis.
6 Et de altera limitatione, ubi gratia facta est, non sub nomine personae sed dignitatis, & quando uno, vel altero modo facta censetur.
7 Devolutio feudo, an cesset, & extinguatur dignitas seu ad inherens.
8 Idem Princeps, an possit esse Dux, vel Baro, &c.
9 Devolutio feudo, eoque alteri simpliciter concessio, an censetur concessum cum eadem dignitate, ac eisdem privilegiis, & prerogativis.
10 De differentia subfeudi simpliciter concessi, vel concessi ad beneplacitum, &c.
11 Per secundam gratiam, vel concessionem, an censetur prima derogatum.
12 Ubi gratiae sunt compatibiles, tunc prima, & secunda valent.
13 Ecclesiis, Monasteriis, & aliis sub aliorum administratione vicariis, competit restitutio in integrum ob non petitam feudi renovationem.

D I S C. XL.

Concessit de anno 1501. Dux Ferrariae Patribus Carthusianis ejusdem Civitatis pro eorum usui, jus piscandi in certa Padi parte, cum jure aliis prohibendis, & de anno 1504. in eodem loco, consensim concessionem ad eorum oblectamentum fecit illis de Giliolis, devolutio autem de anno 1507. ad Sedem Apostolicam Ducatu Ferrariae, Clem. VIII. volens cum subinfeudatis, ac Ducatu concessiones habentibus benignè agere continuationem indultit novam Investituram petentibus, & Cameram Apostolicam in Dominam recognoscens, quod fecerunt respectu dictae eorum concessionis Giliolis, sed neglexerunt Patres Carthusiani, quibus deinde obtinentibus ab Innocentio X. praedictae concessionis confirmationem, seu renovationem. orta est inter eos, ac Giliolos controversia in Tribunali Camerae Apostolicae, tam in possessiois, quam in petitorio, sed principaliter disputatum fuit in secundo, tum quia primum consistebat in nudo facto, ideoque nullum continebat juris articulum adnotatione dignum.

Tum etiam quia cum ageretur de jure piscandi, quod est de regalibus, ut habetur in Clomacen. Vallium hoc titulo, necessarium credebatur petentibus, sine quo in regalibus praerogativa ubi est in Causa Fiscus, qui Giliolis assestebat, non agatur de rebus, quae sine Principis concessione possideri non possunt, Covar. pr. q. 17. n. 6. Peregr. de jure fidei. lib. 1. tit. 3. num. 20. Gramat. conf. 9. civi. Burat. decis. 73. n. 12. n. 13. Rota dec. 605. n. 8. & 615. n. 3. p. 5. res. Rovin. in pragm. 1. de jurisd. in vicem non turbat. n. 29. & seq. Cappy. dec. 77. n. 7.

Quatenus ergo pertinet ad petitorium, ad duo restringebatur difficultas, ex quorum determinatione, unus, vel alterius partis bonum jus resultabat, quorum primum, & notabilius erat, an ob feudi devolutionem concessio Carthusianis facta exspirasset, quae postea expiratione, certum remanebat jus illorum de Giliolis habentium amplam concessionem Apostolicam Clem. VIII. Alterum verò, an per secundam concessionem de Giliolis factam, revocata censetur praecedens facta Carthusianis.

Quoad primum, ommissa discussione articuli, an, & quando resolutio jure datoris, resolutur jus acceptoris, ita ut devolutio feudo, devolvatur subfeuda, & concessiones per feudatarium factae, cum de illo ad sufficientiam agatur in Senogallien. Casorum, hoc eod. tit. dicebatur per illos de Giliolis, cessare in presenti difficultatem, quia concessio facta Carthusianis non erat indefinita, & perpetua, sed ad beneplacitum suae Celsitudinis, ideoque per mortem concedentis beneplacitum expiraverat, ad text. in cap. si gratiose, de rescriptis in 6. ubi Geminian. & ceteri Canonistae, Bartol. & Civilistae in l. Censuris, §. non ff. de verb. obligat. Felin. in cap. ex literis, numer. 9. & seq. de Constitutionibus, Gonzal. ad reg. 8. gloss. 12. num. 1. & seq. Menoch. lib. 1. de arbitrar. quest. 69. num. 2. & seq. Cappy. dec. 136. per tot. Barbo. claus. 3. num. 2. & seq. Capobianco de Baron. pragm. 7. n. 30. Fab. de Ann. conf. 14. n. 1. & seq. Barb. in collect. an. ad dictum cap. si gratiose, num. 2. Rota dec. 489. n. 4. par. 1. recent.

Non negatur per alteram partem conclusio, sed dicitur dabatur responsiones, una, ut procedat in gratis odiosis, & ambitiosis ad beneficia obtinenda, fecus verò in favorabilibus ad pra. caute favorem, ac Religiosorum in suo Instituto necessariam subventionem, ad quod allegabatur Bald. in l. meminisse, num. 4. ff. de off. Procon. Franc. in c. fidelegatus, num. 5. de off. deleg. in 6. Van der Nall. ex defectu Jurisdictionis deleg. n. 104. Menoch. de arbit. d. q. 69. num. 8. & seq. & Gonzal. pariter supra alleg. gl. 12. numer. 23. & seq. Caroc. dec. 18. n. 4.

Alteri, ut procedat, quoniam facta est concessio sub nomine personae, cuius beneplacitum per mortem expirare dicitur, fecus ubi sub nomine officii, vel Dignitatis, quia dicitur etiam in successoriis durare, donec ad revocationem procedatur, ut probat idem text. in cap. si gratiose, de rescriptis in 6. ibique & alibi Doctores supra pro conclusione allegati.

Prima responsio reputatur omnino irrelevans, licet enim Calder. conf. 3. de rescriptis, qui potius in proposito allegati debuissent, hanc tribuat distinctionem, eumque sequatur Dominicus, at tamen Franc. in eodem cap. si gratiose, n. 104. in verso, quando verò, & nom. 1. vers. sed certe, expressè reprobat hanc distinctionem, & Francum sequitur Cappy. dec. 216. n. 5. Traditio autem Gen. Menoch. & aliorum, de qua supra, procedit in ea gratia, quae concernit publicum favorem, fecus autem in actu privato, & ita loquitur Bald. & ceteri per eos deducit, unde limitatio in suo casu vera, cessabat ex defectu applicationis.

Alter limitatio, pariter in abstracto dicebatur vera, sed negatur applicatio, qui in dubio concessio, nomine personae magis, quam Dignitatis, praerogativa cessante publico favore, facta censetur, & claris ubi accedit pronomen, num. 1. meum, &c. ut bene ex mente Canonistarum ibidem Cappy. dec. 122. decis. 136. Gonzal. qui laet contrarietas opinionis congerit, & conciliare videtur ex n. 9. ad 22. ubi opinionem pro personalitate dicit veriorum; Erin casu de quo agitur, accedebat pronomen, num. 1. ibi, Ad beneplacitum suae Celsitudinis, ut ponderant Felin. Cappy. Fab. de Ann. Capoli. & ceteri in principali conclusione supra allegati.

Verum omnis difficultas cessare videbatur, quia dato etiam, quod sub nomine Dignitatis concessio facta esset, adhuc illa cessaverat per feudi devolutionem, qua sequuta, illa Dignitas Ducis Ferrariae evanuit, ideoque non intrant quae de Papali, Imperatoria, vel Regia Dignitate dicuntur, quia istae sunt Dignitates fixae, & perpetuae, ex personarum, vel linearum defectiva alterationem non recipientes, nedum Papalis, & Imperatoria, quae sunt electivae, sed etiam Regia deferri solita per successionem, vel etiam per electionem; licet enim Regnum, nra linea extincta, vel ejecta, ad aliam transeat, idem tamen Regnum esse dicitur, quod dici non potest in his Dignitatibus feudorum, durante durante tantum feudo, quo devolutio expirant.

Papa enim non potest esse Dux, & feudatarius sui ipsius, neque

neque Rex potest esse Comes, vel Marchio in suo Regno, neque in Domino datur aequalitas feudalis, Ilerio in cap. 1. post. num. 12. & numer. 13. in addit. ex quib. caus. feud. amittit. in pr. ad. ad Constitutiones Regni, 925. num. 6. Frecc. de feud. lib. 1. tit. de origine Baronum, num. 45. Rovin. decis. 6. num. 13. Mastrill. de Magistr. lib. 4. n. 12. num. 96. & admittit Menoch. conf. 905. num. 23. & 24. quoties tamen feudum consolidatur cum Principatu, ac in eo remanet, & perseverat, cum sola quaestio cadat, quoribus idem feudum denud alteri conceditur, an scilicet reassumat priorem Dignitatem, aliaque privilegia, quo casu distingui solet, an antiqua Dignitas concessa esset personae, vel loco, ut late agunt Menoch. dicto conf. 905. numer. 15. & seq. Rovin. dicta d. 6. ubi ceteri, & c. cuius assumpti veritatem superfluum erat in presenti facti specie assumere, dum Ducatus Ferrariae consolidatus est cum univervo Statu Ecclesiastico, non tanquam Ducatus, sed tanquam membrum illas a suo corpore separatum, & cum ipso denud consolidatum.

Illud siquidem Dignitatem in persona Regum ac majorem Principatum habentium durare, suamque antiquam naturam retinere, quae stant de se, tanquam Principatus independens à Regno, & possit esse ab eodem duas personas representante, adinstar Praefidis duorum Provinciarum, vel Episcopi duorum Episcopatuum, ut exemplificant gloss. & Bart. in l. 3. ff. de off. Praefidis, in Rege Angliae habente Ducatum Vascoviae, & habentibus in Rege Hispaniarum possidente Principatum Barcinonem, ut apud Rojas dec. 279. 281. & 286. & decis. 316. part. 9. recent. quod etiam in eodem Rege procedit quod Comitatum Flandriae, & Ducatum Mediolani, &c. ex deductis in Pampylion. decimarum, sub titulo de praerogativis, & sic indubitatum est, Dignitatem Ducum Ferrariae penitus evanuisse, & annihilatam esse; legitur si beneplacitum referatur ad personam, sive ad Dignitatem, effectus est idem.

Alteram ponderabam differentiam rationem, inter subfeudum, seu concessionem perpetuam, & indefinitam, ab ea, quae facta est ad beneplacitum, quod primo casu, subinfeudatus affecturatus quodammodo dicitur à lege, vel à facultate subinfeudandi, quam Princeps feudatario concessit continuandi, saltem de recepta acquitare, in subfeudo, ex deductis in d. Senogallien. Casorum, ita ut Dominus illum non recipiendo, videretur ei facere injuriam, eumque fraudare illa fide, quam in Juris dispositione, vel in facultate contenta in Investitura habuit, quod utique dici non potest, ubi concessio non est indefinita, sed limitata ad beneplacitum, quia recipiens, rectè ab initio scivit, illud ultra personam, vel Dignitatem concedentis non durare.

Quo verò ad alud principale motivum, an scilicet concessio facta Partibus de anno 1501. revocata censetur per secundam factam Giliolis de anno 1505. considerabam, satis modicum, vel nullum fundamentum in eo constitui posse, licet enim gratiae ad beneplacitum sint revocabiles, ac solum intret quaestio, an in revocatione requiratur justa causa, vel ne, de quo in presenti opus non erat agere, cessabat difficultas ex defectu voluntatis, quia non constabat Ducem, memorem prioris gratiae, voluisse illam revocare per secundam, quae non facta mentione primae, dicitur nulla, ex defectu voluntatis, quae tunc primae praesudicet, ad not. in c. 1. c. ceterum de rescriptis, Roman. conf. 298. n. 1. & seq. Abb. conf. 94. n. 4. par. 2. Grammat. conf. civi. lib. 6. n. 1. & seq. Gall. lib. 2. obser. 55. n. 1. late Rot. dec. 664. n. 1. & 2. p. 2. r. 6. & Jo. Bologn. conf. 2. ubi ad fatieratur.

Dicebatur etiam, secundam concessionem factam Giliolis, esse compatibilem cum prima facta Patribus, cum prima sit ad illorum usum, secunda verò ad oblectamentum, ideoque sunt compatibiles ob respectum diversitatis, unde data compatibilitate, per secundam non censetur prima revocata, Alex. conf. 193. numer. 3. lib. 6. Dec. conf. 165. nu. 3. Sura. dec. 51. num. 9. dec. 252. numer. 9. part. 4. recent. rom. 2. & sic istud secundum fundamentum credebatur minus tutum; bene tamen in puncto Juris tale judicabatur alterum, quod non obstante Camera judicavit ad favorem Patrum, inmixta principaliter, quantum desumit potuit, Chiographo Clem. VIII. post Ferrariae adeptam possessionem emanato ad favorem omnium, qui à Ducibus concessiones habuerant etiam per devolutionem expirasset, prout eas expiratas in eodem Chiographo expressè declaratur; Et licet illud conditionem non haberet, dummodo infra certum tempus novam Investituram à Camera obtinerent, excusatione tamen dignum iudicatum fuit Monasterium, cuius Juri praesudicari non potuit Prioris, ac Patrum illius temporis ne-

gligentia, quin saltem restitutio in integrum competeret adversus dictam neglectam novam Investituram, quam deinde ab Innoc. X. obtinuerunt, ex plenè concessis per Peregr. conf. 94. num. 53. & seq. lib. 2. ubi de omnibus Universitatibus, quae ab administratores reguntur, Fulgin. de emb. tit. de renov. qu. 2. numer. 20. Ego autem scribens pro Giliolis succumbentibus, adhuc remansit indeterminatum, non laudando, nec reprobando resolutionem, quoniam dictum movum compatibilitatis utriusque concessionis urgebat, sed converso tam longa acquiescentia omnino inverisimilem reddebat ignorantiam Superiorum, & Religionis, unde non videbatur de facili intrare aequitas, cum qua processum est, & fortius quia dicta longeva obervantia rectè deservire poterat pro interpretatione praedictorum, quae aliàs de jure dubia erant, ideoque iudicium super veritate non exformavi.

ANNOT. AD DISC. XL.

De hac materia, an devolutio feudo devolvatur subfeuda, est actum supra in annotationibus, disc. 1. ubi videndum; Et de aliis concernentibus materiam concessionis ad arbitrium, vel ad beneplacitum, agitur sub tit. de beneficiis, & sub altero de pensio. dum in his cadunt frequentissimae istae quaestiones, & apud Reverer. & Addentes decis. 511. Moles de jure devol. §. 23. n. 6. & de facultat. revocandi d. 148. de Regal.

REATINA CASTRORUM PRO TANCREDO MARERIO. CUM THOMA ETIAM MARERIO.

Causa varie decisus per Rotam.

In investituris feudibus, aliisque Contractibus super Castris, & bonis Jurisdictionalibus, vel similibus, an numerus pluralis resolvatur in singularitates, ita ut pactum devolutionis, vel reversivum, conceptum in persona plurium, verificetur in persona aliquorum ex eis. Et aliqua de materia Juris accrescendi in feudo vel emphyteusi. Et de successione legitimatorum in feudis, & seu Castris, & bonis Jurisdictionalibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 In ultimis voluntatibus numerus pluralis resolvitur in singularitates, & conditio in persona plurium, verificatur in persona singulorum.
3 An idem procedat in Contractibus, & n. 6.
4 De jure accrescendi, vel non decrescendi in feudo, vel emphyteusi.
5 Castra in statu Ecclesiastico allodialia.
6 Sub nomine legitimatorum, & naturalium unam veniam legitimatorum per subsequens matrimonium.

D I S C. XLI.

Possidentibus Francisco, Attilio, Marco Antonio, & Hieronymo Fratribus de Mareriis Castra Aferrea, & Marciatelli, & Rigati, defunctoque Francisco primogenito, superstitre Tancredo filio pupillo, cum hic factus adultus portionem paternam in dictis Castris alique bonis recognoscere vellet, dictique patris se opponeret, post aliquas extrajudiciales non leves discordias, devolutum est ad concordiam, per quam Tancredus sub provisione à patris facta de solven. scut. 4. mil. ad effectum monachandi tres germanas Sorores, cuiuscumque juri sibi in dictis Castris, & aliis bonis competentibus renuntiavit, sub ea tamen conditione, & pacto, quod morientibus praedictis Marco Antonio, Attilio, & Hieronymo, nullis post se relictis filiis masculis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio antea contracto, dictus Tancredus redeat ad primava jura.

Objerunt Attilius, & Marcus Antonius absque legitima prole, ac demum Hieronymus, superstitre Thoma filio legitimo per subsequens Matrimonium, unde praetendere cepit Tancredus factum esse locum pacto, & introducta causa in Rota, quae plures habuit fuerunt disputationes super variis incidentibus. Quatenus tamen pertinet ad negotium principale, an scilicet dicto pacto in toto, vel in parte locus factus esset, pro Tancredo scribens, in duas inspectiones controversiam distinguebam, unam nempe super duabus pot-



portionibus cessis Attilio, & Marco Antonio abque prole defectis; alteram vero super portione Hieronymi, ex quo filius remaneret superius et supra.

Quoad primam inspectionem super dictis portionibus defunctorum abque filiis non negabat scribentes pro eo conclusionem magis communiter, praesertim in Rota, & Curia receptam, ut numerus pluralis resolvatur in singularitates, ideoque necessarium non sit conditionem in persona omnium purificari, sed fieri locum substitutioni in illa portione, in qua conditio verificatur, juxta sententiam Bart. in *Liberedes mei*, cum ita, ff. ad Trebell. de qua dec. 804. p. 1. divers. Greg. dec. 296. dec. 429. p. 4. rec. tom. 2. & habetur in *Urbevetana fideicom. in Avononen.* & frequenter in aliis sub tit. de fideicom. dicebant tamen eam procedere in ultimis voluntatibus, non autem in contractibus, ex doctrina Specul. in tit. de locato, q. 69. n. 89. ubi concludit, quod concessa emphyteuti duobus fratribus cum pacto, quod post mortem eorum sine filiis bona revertantur ad concedentem, moriente uno sine filiis, & altero cum illis, prima portio non devolvitur, neque locus est pacto, & sequitur Roman. conf. 19. ubi Mandol. in addit. Gabr. conf. 66. num. 11. & seqq. lib. 2. Honde. conf. 54. num. 26. lib. 1. Grat. discept. 451. num. 4. & 707. nu. 1. Bellon. Jun. de jur. acresc. c. 6. q. 38. n. 131. & seqq. unde interdictum idem dicendum esse in his Caltris, si ea considerentur tanquam feudum, cum ab emphyteuti ad feudum valeat argumentum, vel si considerentur tanquam bona allodialia, cum etiam in eis, & in casu donationis ita etiam observet Cyriac. contr. 276. n. 10. & seqq.

Pro actore autem dicebam, conclusionem praedictam non percutere quaelibet de numero plurali resolvendo, vel ne in singularitates, & an potius in ultimis voluntatibus, quam in contractibus intret dicta resolutio, cum nulla disparitatis ratio urgeat videatur, sed potius percutere materiam juris accrescendi, vel non decrecendi, dandi inter plures investitos, quoties questio est inter concedentem, & recipientes, quo casu etiam in feudo, vel emphyteuti regula est, post quaeritum emolumentum non intrare jus accrescendi, limitanda, vel ubi clausulae accedunt denotantes concessionem cuilibet insolidum factam esse, vel ubi agitur de concessionem supremae Principis, vel ubi rei concessa indivisitas ita exigit, vel ubi domino interfit concessionem non dividi, ex copiose deductis per Bellon. d. c. 6. q. 37. & 38. & in materia juris accrescendi, vel non decrecendi in feudis, deductum habetur in *Mutuum feudorum hoc tit.* & in aliis sub tit. de emphy.

Verum hoc termino a praesenti quaestione extraneos dicebam, quia illa sunt Caltra, quae abque investitura, & servitio feudali possidentur ab hac domo tanquam allodialia, ut frequentior est qualitas Castrorum Status Ecclesiastici, praesertim in hac Provincia, excepta illa remota, & impropria feudallitate, quam subintelligi volunt Camerales pro Imperio, ac tollenda illa vera, & propria allodialitate, per quam dicitur non recognosci nisi Deum, ut scripsit hoc tit. proindeque extranei remanent termini feudallitas, vel emphyteutici, tum etiam quia non verfabamur inter investientes, & investitos tanquam de beneficio, sed de contractu privato inter privatos metè correlative, quod scilicet Tancredus illud jus, quod pro ejus portione feodi competebat, correlative ad dictam summam seu. 4. m. patris eorumque filius legitimis libertate concedere voluit, non omnibus insolidum, sed cuilibet pro sua portione, ideoque uno eorum cessante abque filiis, nil obstabat, quod impederet in portione defecta purificationem pacti reverfiv. ut verius firmat Cacher. dec. 110. Theod. dec. 189. Cancr. v. r. fol. lib. 3. r. 15. n. 55. Hen. Leodec. 128. num. 24. & 69. ex quibus liquet male, & sine fundamento loqui Cyriac. d. contr. 276. & ita iudicatum fuit per Rot. sub die 27. Febr. 1651. coram D. Nozoetti.

Quo vero ad alteram portionem Hieronymi, resolutio ponebatur a puncto, an existentia Thomae filii legitimati per subsequens matrimonium faceret desistere conditionem, idque potius facti quam juris inspectionem continebat, licet etiam receptum sit, sub nomine filiorum legitimorum, & naturalium venire legitimatos per subsequens matrimonium etiam ad effectum successionis feudorum, ut in *Anconitana hoc cod. tit.* multo magis in bonis allodialibus indifferenter, ut hic, & ad faciendum desistere conditionem, ad quem effectum facilis proceditur, quam ad alterum dispositivè vocationis; atramen deo vero receptum etiam est, id non procedere, quando partes expressè, quinimò & contextualiter sentierunt de verè legitimis, id est natis, & procreatis in constantia matrimonii, ex congestis per Fusat. de subh. qu. est. 409. Rosenthal. de feud. cap. 7. conclus. 18. num. 12.

& 13. sed in hoc Rota dicta die contrarium censuit ex facto, quia in primo transactionis instrumento positi erant in conditione filii legitimis, & naturales simpliciter, haec autem restrictio adjecta erat in secundo instrumento ratificationis in quo filii Attilii, & Marcus Antonius intervenerant, non autem Hieronymus, cui frater praedictus non potuerunt, praesertim quia ejus factum non promiserant: & licet ego replicarem, id adjectum esse per vim declarationis ejus, quod ab initio pactus voluerant, nihilominus quia de jure nimis clarum est, praesertim in allodialibus, & indifferenteribus, sub nomine legitimorum, & naturalium venire legitimatos per subsequens matrimonium, ideo habita fuit pro nova dispositione, non pro declaratione longum autem ulteriolem progressum habuit ista causa inter dictos de Maritiis, sed ego amplius in ea non scripsi.

ANNOT. AD DISC. XLI.

Defuit occasio ulteriori disputationis super isto puncto resolutionis numeris pluralis in singularitates in actibus inter vivos in hac speciali materia feudali, generaliter autem de hac materia agitur sub tit. de fideic. disc. 95. cum seqq. ubi in annotationibus advertitur, ut, & quae differentia vigeat inter actus inter vivos, & ultimas voluntates, atque disputat hinc inde Modern. Torres de pact. futur. success. lib. 2. c. 17. ex n. 36.

Decisio in discursu enunciata habetur hodie expressè inter Decisiones Nozoetti dec. 879. & coram eodem sunt aliae editae in eadem causa inter easdem partes dec. 839. 860. & 896.

ROMANA ANNUI REDITUS PRO MARIA FRANCISCA, ET CONSTANTIA FELICE DE URSINIS

Monialibus in Monasteriis Sanctae Crucis, & Humilitatis Urbis.

CUM VINCENTINIS, ET BRANDANIS.

Causa resoluta per Auditorium Camerarii contra adrices.

Annuus redditus pecuniarius per Principem concessus feudatario in locum, seu ex cambium feudi ablati, an dicatur feudalis, ac jure feudi in successione regulandus.

SUMMARIUM.

- 1 Falli series.
2 In feudis competis immisso in vim l. fin. C. de edit. Div. Adr. vigore investiturae.
3 Bona data loco feudi tanquam subrogata, dicuntur ejusdem naturae, ac jure feudi regulanda.
4 Pretium feudi quando dicitur feudale.
5 Feudum consistere potest in annua prestatione pecuniaria & an hac in dubio censetur concessa in feudum.
6 Concessiones Pontificum intelligenda sunt, ut quominus fieri possent, Ecclesiae praedictae.
7 De conjecturis, & adminiculis feudallitatis.

DISC. XLII.

Caltra Gallefii, & Ceocchiani, quo Joannes XXIII. in feudum concesserat Francisco Ursino, pro se, liberis, descendensibus, & posteris in perpetuum, sub annua prestatione unius Canis apti ad aucupia cum rete, & cum juramento fidelitatis, Paulus Secundus ad supplicationem subditorum, asperum Pauli Ursini descendens Imperium declinans, ad immediatam Sedis Apostolicae subjectionem, & regimen de facto revocavit. Unde Adrianus Sextus concessionem fecit, seu praedecessorum concessionem confirmavit Jacobo Antonio Pauli filio, in dictorum Castrorum recompensam, de annua prestatione ducatorum 300. super redditibus alumerlarum, quae spatio annorum fere 100. possessa per descendentes dicti Pauli, devenit in Marium ultimum hujus lineae masculum, qui illam extraneis personis, reservato Beneficio Apostolico, cum clausula, & non aliis, vendidit dicto quae masculo defecto, superstitibus ex dicta linea folum duabus Monialibus ejusdem Martii fororibus, per istas, seu ex eorum personis per Monasteria contra possessores intentatum fuit cor. Cardinali Camerario interdictum adipiscendae, seu immis-

imissionis, ex remedia l. fin. C. de edito Div. Adr. toll. quod in vim investiturae feudalis, seu concessionis, per Principem factae, compere firmant ceteris antiquioribus allegatis Menoch. de adjudicand. remedia. 4. num. 375. de c. 14. n. 14. p. 7. rec. late Rota in Faven. seu Senogallien. Bonorum super immisione 14. Martii 1646. coram Adrino, ubi concordantes impresso, post Paterl. dec. 26.

Reiconventi, & possessores, post negatam, sed bene probatam personarum legitimationem, negabant feudalem qualitatem, pretendendo ipsum redditum pecuniarium dicto Jacobo Antonio concessum pro se ejusque legitimis haereditibus, esse allodiale, ac hereditarium libera dispositionis, ideoque licite potuisse alienari, ex quo motivo Auditor Camerarii, possessoribus absolutoriam concessit, & introducta causa appellationis in Tribunali Camera Apostolicae, non fuit, quod sciam, ulterius prosecuta, sed per Mithi pro Monialibus scribentibus, iudicatum non placuit quia certum erat, Caltra, quorum loco iste redditus traditus fuit, concessa esse in feudum ex pacto, & providentia pro omnibus filijs, & descendens, ideoque ejusdem naturae ceteris debet esse redditus, loco dictorum Castrorum subrogatum, ex regulat. subrogatum spatium omnibus naturam ejus, in cuius locum subrogatur, ut ultra terminos generales, de quibus Barbof. axiom. 213. Rot. dec. 252. n. 4. part. 5. rec. Cesar. Augustiana portio, 16. Junii 1659. Albertato, & in aliis.

In specialibus terminis feudorum, ut bona per eundem Principem a quo feuda derivant, subrogata loco feudi, atque in ejus ex cambium data, habeant eandem naturam, Decian. conf. 55. num. 76. & seqq. lib. 3. & conf. 55. num. 26. eod. lib. 3. Lucas de Pen. in lib. 1. n. 14. & seqq. C. de imponen. lucrativa de script. lib. 10. Afflict. in cap. unico num. 12. de Cassal. decrep. erat. Rot. dec. 310. n. 44. & seqq. 6. rec.

Hinc licet pretium feudi non sit feudale, neque jure feudi reguletur, attamen si de iudicis mandato fiat feudi alienatio, ejusque loco pretium destinetur, dicitur feudale, Franch. dec. 64. Giurb. de success. feud. 2. glof. 7. num. 44. Rota in Aprutina Caltri Montoria 21. Maii 1644. coram Penting. ubi alias firmatur regula in contrarium, & de pretio Castrorum venditorum de mandato Congregationis Baronum in vim Bullae Baronum, ut loco dictorum Castrorum in omnibus subrogatum dicatur, eorumque naturam, & qualitates assumat, dec. 4. & 66. part. 11. recent. Royas dec. 451. cum similibus.

Nec implicat agi de annua prestatione pecuniaria, & esse feudum, quia etiam in redditu pecuniario ex reimmobiliis feudum consistere potest, cap. 1. s. sciendum, de feud. cognit. Schrad. de feud. part. 3. c. 2. n. 1. & seqq. Rosenthal. eod. tr. cap. 4. conclus. 5. n. 1. unde propterea in Romanis devolutionis, seu locorum Montium pro Collegio Anglicano, sub tit. de emphyteuti dixi, non implicare emphyteuticum consistere posse in locis Montium, loco stabulum habendorum, in quibus communis est feudatarius sensus consistere posse feudum, quod nuncupatur redditus de Camera, seu de Cavena, ut per Schrad. ubi supra, & Rosenthal. eodem c. conclus. 6. atque concessionem annua pensionis, quae fit ab Ecclesia, pretium feudalem, firmat Bald. in cap. ad audientiam, nu. 5. de prescript. quem sequuntur Jasin. l. si prius 15. numer. 42. ff. de nov. oper. nove. Mozz. de feud. tit. de natural. feud. num. 7. Intigliolo de feud. quest. 43. num. 78. Malcard. de prob. concl. 209. num. 14.

Quam praesumptionem evidentem comprobat facti qualitas, cum enim Papa voluerit ita dare recompensam, ac restitutae damnificatos ex amissione Castrorum, utique censetur id actum ad favorem omnium, qui senserunt damnum, non autem aliquorum tantum, Caltrex. conf. 423. in principio, lib. 1. maxime quia Ecclesia ita minus praedictatur, cum concessionis pro solis descendensibus sanguinis finis possit sperari, non autem haereditariae, ideoque Pontificiae concessionis interpretanda sunt, quominus Ecclesiae praedictae, Abb. conf. 82. num. 6. & 7. part. 1. Rot. dec. 285. num. 6. & seqq. part. 7. rec. ubi in specie de concessionem praesumenda in feudum.

Item suadet formula concessionis pro legitimis haereditibus, ac subsequente observantia, quia semper haec praesentio possessa fuit per haeredes sanguinis ordine successivo de uno in alium, ac etiam quia ubi haec alienatio facta fuit, expressè reservatum est Beneficium Apostolicum, signum evidens, quod habebatur pro feudali non alienabili abque Principis assensu, nam alias in annua prestatione allodiali hereditaria, & libere dispositionis, facta fuisset haec reservatio, ut bene ponderant in specie Bellon. Jun. conf. 44. num.

44. & seqq. Rot. dec. 310. num. 31. part. 6. recent. & in libris Camerae hic redditus reperitur, ac per se verat descriptus sub nomine descendens Pauli, etiam longe post alienationem, unde desinitur ipsius Camerae observantia interpretativa, ex quo etiam resultat voluntas Marii alienantis, quod scilicet sui suum, & pro ejus vita alienare voluerit, cum voluntas regulatur a potestate, unde in prosecutione appellationis, probabiliter contrarium in plena Camera sperari debuisset.

ANNOT. AD DISC. XLII.

Quamvis non implicet, ut feudum consistat etiam in annuo redditu pecuniario, sive in alia re indifferenti, etiam mobili, ex iis, quae colligit elaboratus juvenis Ageta in compend. seu visione feudali, rubr. 4. visio. 4. fol. 203. & seqq. attamen, ut pluries supra advertitur, hodie quomodocumque antiquatae videntur hujusmodi feudorum species, quodque nuncupatione solum retenta, in reliquis bonorum allodialium indifferenterum jure regulanda videantur, aequaliter pactationa ad excludendam libertatem libere disponendi, eodem modo, quo sunt bona emphyteutica, seu livellaria, aut concessa in perpetuum locationem, dum in plerisque tractantur videntur cum pactis, seu vinculis feudallibus; ex quodam vero recepto uli verè, & proprie feuda esse videntur illa, quae constitunt Baronum, seu magnatum, ac militum primi Ordinis illius principatus, adeo ut ille annuus redditus, ut in praesenti, subrogetur loco Caltri, vel alterius feudi, ex regula subrogatorum, habeat eandem naturam, atque subiaceat eisdem pactis, & cessationi per quandam speciem devolutionis, potius per similitudinem, quam per veritatem; & in specie de annuo redditu subrogato loco feudi, apud Reverer. & Adden. ad dec. 117. non inde tamen inferri potest, ut possessor hujusmodi annui redditus, dicendus veniat feudatarius, & Baro, cum illa milita nobilitate, & primi Ordinis, quae feudis annexa est, adeo ut in Curia intrare possit Bulla Baronum.

Antiquiori enim tempore, praesertim in superioribus Italiae partibus, Lombardiae, & Emiliae, in quibus feudorum usus initium habuit, ob factionarias divisiones, cuiuslibet etiam privato diviti expediebat habere feudatarios, id est adherentes, & fideles, qui sibi assisterent, suasque partes frequerentur, quod etiam praestare ceperunt Ecclesiarum Praelati, pro suorum honorum, & jurium defensione, dum ita exigebat illorum temporum conditio, ut advertitur supra in annotatione ad disc. 1. ideoque non mirum si in petitis terris, & in vineis, seu in annuo redditu, vel in jure piscandi in aliqua parte fluminis, vel Maris constituebantur feuda, ut praeter ceteris erat observantia Ducum Ferrariae, ex relatis supra, disc. 39. & 40. illamque continuat Sedes Apostolica, post devolutionem, in dies concedendo illa feuda, quae devolvuntur tanquam pro specie beneficiorum, & Commendarum, sub aliqua recognitione reali, ad solam fructualem aliquorum partium terrarum, seu aliorum praediorum, quibus propterea feudorum nobilitas, & qualificantium titulus eis attribuendus non videtur, nisi observantia assistat.

PLACENTINA SUCCESSIONIS PRO CARDINALI BONCOMPAGNO, CUM DUCE SFORTIA.

Discursus in congressu pro directione causae verten. in Consilio Placentino.

Pendente controversia possessionis Castrorum, & bonorum jurisdictionalium inter haereditum paganicum praetendentem illa esse allodialia, & agnatum praetendentem esse feudalia, & cuius eorum potior esse debeat conditio in possessore adipiscenda, vel retinenda, & quando unus possidens dicatur alteri legitimus contradicator, Et aliqua super Statuto de continuanda possessione bonorum defuncti in haereditem, an suffragetur Forensibus, vel Civibus fictis ex privilegio.


Et de feudo redacto ex privilegio Principis ad allodium, an hujusmodi privilegium praedictae agnatis a lege Investiturae vocatis.



Et quando sententia lata cum agnato prædecessore super successione feudi, vel feudali qualitate præjudicat agnato successori venienti ex persona propria.

S U M M A R I U M,

- 1 Falli series.
2 Actor debet refecare, ac effugere questiones disputationem exigentes.
3 Possessorium adipiscende, vel recuperande, an sit incompatibile cum possessore retinenda.
4 Quare magis expediat, & praticetur possessorem retinende, quam adipiscende, vel recuperande.
5 An & quando agnatus in re, que præceditur feudali, sit heredis feudatari legitimus contraditor.
6 De defectu potestatis Domini alterandi primam Investituram in præjudicium agnatorum remissive.
7 Sufficit reddi dubiam qualitatem feudalem, ut agnatus non sit contraditor.
8 Deratione, ob quam infensalibus heredes extraneus non habet jus petendi immisionem privilegiam, & obviandi, quod possidebat feudatarius defunctus.
9 Quando sit verum, quod agnatus non est contraditor.
10 Sententia in aliquid acta cum agnato, vel fideicommissario prædecessore, an obstat successori venienti independenter ex persona propria.
11 Quid in transactione.
12 De conclusione, de qua n. 10. an & quando procedat in Curia Romana.
13 Regalia, & Daria sunt de regalibus, & non possunt possideri sine privilegio.
14 Princeps in Regalibus cogit possessores ad decendam de titulo.
15 Regalia pones privatos desunt esse regalia, & iure privatorum bonorum regulantur.
16 Possessio facta, seu civilissima ex Statuto continuatio sufficit ad manutentionem.
17 An Statutum continuativum habeat locum in bonis feudibus, vel fideicommissariis.
18 Interuersio possessionis naturalis de facto, an tollat possessionem factam, & civilissimam Statuti.
19 Possessio capta de mandato iudicis cum clausula sine præiudicio non præiudicat possessori civili.
20 Statutum de continuanda possessione non suffragatur sententiis.
21 An ad hunc effectum suffragetur civilitas facta, & privilegiaria, & de differentiâ civilitatis facta ad effectum istius Statuti, vel alterius inbabilitantis forenses ad acquisitionem bonorum.
22 Statutum de continuanda possessione non suffragatur exorbitans.



D I S C. XLIII.

Franciscus Cardinalis Sfortia, ultimus de linea legitima primogenita Comitum Sanctæ Floræ, de anno 1592. contemplatione matrimonii contracti per Alexandrum Sfortiam Ducem Signinum ejus agnatum, & Eleonoram Ursinam, dicto Alexandro, cum omnia bona feudalia, & allodialia, per ipsum possessa in Lombardia, sibi reservatis, Datio Longhe in territorio Placentino, & scitis 50. mil. in tot bonis per eum eligendis, quæ omnia ita reservata, partim inter vivos, & partim per ultimam voluntatem transiit in Sfortiam Ducem Fiani, eligendo pro dictis

scitis 50. m. Castrum Arquat; sequuta verò ejus morte de anno 1624. cum Camera Ducalis, tam Castrum, quam Datus prædicti vacant possessionem adeptæ esset, comparuissent autem, tam Dux Alexander, quam Dux Sfortia prædicti, præcedentes, unus in exclusionem alterius possessionem adipisci, de anno 1629. ex sententia arbitrali, Dux Sfortia obtinuit, cum subsequente effectu, immitti in prædictorum Castrum, & Datus possessionem continuatam usque ad ann. 1644. de quo tempore sequuta ejus morte ab intestato, Dux Marius prædicti Ducis Alexandri filius, tanquam agnatus in Investitura vocatus ad dictum Castrum, quod præcedebat feudum antiquum pacti, & providentia, & tanquam vocatus ad fideicommissum ordinatum per prædictum Sfortiam Comitem Sanctæ Floræ, cui dictum Datum subiectum esse præcedebat, utriusque possessionem de facto adeptus est cumque dicti Ducis Sfortie intestata successio delata; esset in Consilio Placentino proxiore conjuncto, atque hic illius Statuti de continuanda possessione, vel retinenda in vim in hæredem, vel adipiscende ex Interdicto quorum bonorum inentia, in huius iudicij prosecutione, cum Duce Ludovico, præfati Ducis Marii interm. defuncti filio, & successore, stantibus exceptionibus ex istius parte deductis, Cardinalis prædictus tunc Prelatus, Sacri Palatii Apollotici Major Prefectus, quamvis in partibus doctos haberet defensores, congressum tamen aliorum Advocatorum Curie convocare voluit pro consilio, & directione, potissimum in ordine ad qualitem iudicij possessorij, an scilicet magis infensandum esset in illo retinenda in vim dicti Statuti continuativi, vel in altero adipiscende ex Interdicto quorum bonorum, & an in uno, vel altero respectivè præfatus Dux Ludovicus possessor Castrum iure feudi, seu Investituræ, & datus iure fideicommissi ordinati per dictum Sfortiam Comitem S. Floræ d. Cardinalis Patrem, dicendum esset legitimum contraditor.

In hoc igitur congressu, mea fuit sententia, cui ceteri adhaerunt, quoad ordinem, seu competentiam unius magis quam alterius Interdicti possessorij, ad evitandas pluries disputationes cadentes super dicto Statuto continuativo, quas sicuti reo expedit multiplicare, ita expedit actori, quo magis fieri potest refecare, & effugere, non magis in uno, quam in altero infensandum esse, sed in utriusque cumulatione, in proposito compatibilis, absque eo quod unum dicitur alteri præjudiciale.

Quamvis enim regulariter huiusmodi iudicia sint incompatibilia, atque unum alteri præiudiciale, unde petens immitti, fateri dicitur se non possidere, & consequenter, si quam habeat possessionem, eam utpotè animo derelictam amittat, Ann. alleg. 131. n. 4. Greg. dec. 46. nu. 3. & Buratt. & Aden. dec. 160. n. 4. dec. 196. apud Post. de subhab. in addit. cum aliis per Post. de manu obser. 19. n. 23. vni sequent. Nihilominus id fallit, quando utriusque remedi cumulatione deducitur compatibiliter diversis respectibus, quia nempe possessorium adipiscende, vel recuperande intenditur pro sola naturali conjungenda cum civili animo retenta, pro qua congruè petatur alterum remedium retinende, ut in dubio præsumitur, præsertim stantibus clausulis salutaribus hodiè apponi solitis, ex deductis per Buratt. & Aden. dicta dec. 160. n. 19. & 269. Duran. dec. 23. n. 12. cum sequent. dec. 78. 139. 226. & 275. part. 6. recent. & in aliis frequent.

Potissimè autem, quoniam idè Romana Curia, à moderno tempore huius seculi currentis, prudenter studuit, & studet inherere possessore retinenda, illudque ad casum omni modo possibili trahere, ac effugere dicta alia interdicta adipiscende, & recuperande, illud præsertim, quod in Curia priùs erat frequentissimum, ex eo quod iuxta hodiè receptam opinionem, etiam de iure Canonico in foro Ecclesiastico, possessorium retinenda, quoties non decernitur per sententiam diffinitivam, sed per decretum, non admittit appellationem suspensivam, quam sine dubio ex iuris Canonici dispositione admittunt dicta duo alia remedia, ut advertitur dec. 139. num. 43. part. 6. recent. Ridolfi. in prax. part. 2. cap. 12. num. 270. & sequ. quæ difficultas in hac facti specie cessabat, dum pro certo supponebatur, in dicta Civitate Placentina, eique Consilio, in hac materia servari dispositionem iuris civilis in l. unie. Cod. si de moment. possessione, per quam indefinitè in omnibus interdictis denegatur appellatio suspensiva, unde propterea nihil refert, an unum, vel alterum concedatur, quod etiam in Urbe, & Statu Ecclesiastico servatur ob Egidianam per Paulum III. ita extensam, quæ tamen lex tanquam laica-

laicalis non attenditur in foro Ecclesiastico, vel in causis, in quibus adest mixtura, vel personarum, vel bonorum Ecclesiasticorum.

Quare totus punctus erat, an dictus Dux Sfortia agnatus possidens Castrum, quod præcedebat feudale, esset legitimus contraditor dicto heredi, qui postea feudalitate supponendus esset extraneus, & incapax, tum quia Clericus in sacris, ex deductis in Massanen. Castrorum, in Venetian. & in aliis, tum etiam quia cognatus, & in investitura non comprehensus, in concursu præsertim agnatorum.

In hoc autem puncto, potius facti, & applicationis, quam iuris questio esse videtur, quidquid enim antiquior res variaverit, hodie ex magis communi opinione, recepta videtur theoricæ, quod aut certa, est qualitas feudalis, cum certa incapacitate heredis extranei, unum ex dictis Interdictis adipiscende, vel retinenda intendunt adversus agnatum, & hic dicendum sit legitimus contraditor; autè converso res est hodie, vel ob qualitem rei, quia nempe incertum sit, an esset feudalis, vel allodialis, sive posita feudalitate, doctum sit circa heredis capaciatem, vel incapacitatem, seu feudi qualitatem, an esset pacti, & providentiarum, seu de eorum purum hereditarium, seu mixtum &c. Et tunc non est legitimus contraditor, sed hæres ponendus est in locum defuncti, ex plenè collectis per Rotensal. cap. 7. corolus. 48. cum sequ. Argel. de legitimo contraditor. qu. 10. 18. & 29. & est recepta, & quotidiana distinctio in materia fideicommissaria, & emphiteutica, ut habetur etiam in Hydruntina in dicta Massanen. Castrorum, & in aliis hodie.

Applicando igitur ad rem, dubietas erat circa qualitem feudalem, non quidem, ut aliqui ex congressu motivabant, ob iuris præsumptionem in dubio affissentem allodialitatis, in feudalitatis exclusionem, ex deductis in Clomac. Vallium, & in aliis hodie, frequenter, cum doceretur de antiquis Investituris conceptis in forma pacti, & providentiarum; sed ex nova Investitura Pauli III. alterativa antiquarum, ac reductiva huius Castrum ad allodium, seu ad feudum merè hereditarium, quod sonat in idem.

Et quamvis ex parte Ducis possessorij obijceretur de dicta nova Investitura invaliditate, ex defectu intentionis, seu falsi præsuppositi, quod feudi non esset pacti, & providentia, sive ex defectu potestatis, quod scilicet Papa præiudicet non potuerit vocatis in prima Investitura, ex deductis per Rotensal. de feud. cap. 10. conclus. 11. Peregr. conf. 130. n. 10. lib. 5. atamen huic obijcto multa dabantur responsiones, quæ vel illud enervabant, vel saltem dubiam reddebant præsentem qualitem feudi ex pacto, & providentia puri, quod sufficit, ut pro hærede immittendo respondendum sit, ut supra.

Præterea, etiam cum sensu veritatis, ego observabam, in hac facti specie versari in casu indubitato ad favorem hæredis, omnique cessare questionem, in proposito solum cadentem, quando persona heredis est diversa ab illa defuncti, quia nempe iste sit feudi, quamvis pacti non capax, & legitimus possessor ille verò incapax, unde propterea cesset conjunctio extremorum, à quo, & ad quem, ob quam rationem in feudis pacti onatis, aliique huiusmodi bonis differrentibus non transmissibilibus ad heredem extraneum, huic denegatur restitutio in locum, & statum defuncti, cuius personam non representat, & hæc est unica ratio heredis extranei exclusiva, ex deductis per Argel. de legit. contrad. qu. 19. art. 2.

Hæc autem difficultas in præsentibus cessabat, quoniam etiam defunctus, utpotè carens quibusdam qualitatibus, quæ necessitate erant ad successionem feudorum pacti, & providentia, erat etiam incapax, eique, posita qualitate feudali, obstat eadem exceptio, & nihilominus ex sententia arbitraria usque ab anno 1629. non obstanti oppositione agnati, ut supra, immisus fuit in possessionem continuatam pacificè usque ad obitum, unde propterea saltem in possessore, ita res constituta erat in statu allodialitatis, nullaque differentia versabatur inter defunctum, & heredem, & successivè intrabat conjunctio extremorum à quo, & ad quem, ac etiam representatio, dum enim defunctus adhuc incapax successioni feudi, non habuit in legitimum contraditorum agnatum, de tempore quo urgebat dicta ratio disparitatis inter alterum defunctum, & ipsum tanquam heredem, multò minus agnatus poterat esse contraditor in dicto casu, in quo dicta disparitas cessabat, & bona constituta erant in statu allodialitatis, ex argumento auth. multo magis &c. quæ ratio procedebat etiam respectu

du dati, non obstante prætenso fideicommissio, ex eisdem fundamentis, clariùs in ista re de sui natura allodiali intrantibus.

Ad evitandum hoc solidum, ac verè inevitabile fundamentum, dicebatur ex parte Ducis rei conventi, gesta de dicto anno 1629. ad favorem præfati Ducis Fiani ultimo defuncti cum Duce Alexandro ejus patre, præiudicari non posse sibi independentem, & ex persona propria venientem, sed facilis erat responsio, quoniam quicquid aliqui dubitaverint collecti per Fab. de Ann. conf. 18. & Menoch. conf. 118. quoties de mala fide, & collusionone non constat, in dubio non præsumenda, magis communiter recepta est sententia Barr. in l. in diem, numer. 1. ff. de aqua pluvia arcenda, ut gesta cum agnato, vel fideicommissario prædecessore, tanquam cum legitimo contraditore, faciant statum, ac efficiant successores, quamvis independentem, & iure proprio venientes, ex deductis per Molin. de prim. mag. lib. 4. cap. 8. num. 3. cum sequent. Peregrin. de fideic. art. 53. numer. 49. Pular. de substitut. quest. 622. numer. 1. & sequent. Rovit. decij. 1. numer. 38. Giurb. dec. 1. numer. 15. Fab. de Ann. conf. 17. numer. 41. & sequent. Cappy. Latr. confus. 52. num. 2. cum sequent. Rotensal. de feud. cap. 9. conclus. 72.

Quod etiam frequens, & quotidianum haberetur, ex sæpius deductis sub tit. de fideicommissis, & sub altero de emphyteusi, & alibi, in materia transactionis, quæ acquiescens sententiæ, seu rei iudicata, afficit huiusmodi successores, quamvis independentem, & iure proprio venientes, quoties inita est bona fide in dubio potius præsumenda, de quo etiam in terminis feudalibus habetur in Camerinen. Castrorum, hoc tit.

Et quamvis Curia Romana, sequendo dec. Putei 91. lib. 3. teneat, sententiam latam contra gravatum, non officere fideicommissarios successores, nisi accedat etiam citatio per proclama adversus omnes interesse habentes, vel habere præcedentes, ut apud Gregor. & Add. decij. 205. & hanc esse veriorum probat Scacc. de sent. & re iud. gl. 14. qu. 12. n. 81. & in terminis feudalibus n. 91. & sequent. atamen ubi istæ materie sunt magis frequentes, contraria ut supra videtur magis recepta, atque in Curia videtur potius stylus particularis, non attendendus extra eandem Curiam, sive ad summum extendendus ad alias Curias inferiores, ab ea omnino, & immediatè dependentes, iuxta certam consuetudinem, & stylorem naturam, ut attendi debeant in individuo, neque extendi de casu ad casum, vel de loco ad locum, ut est hodie recepta, & vulgaris conclusio.

De plerisque aliis in huiusmodi congressu, ac discursu instructivo desuper edito actum fuit, in parte magis quam in iure consistentibus, super motivis ex facto rei conventi excitatis, præsertim verò circa consumptionem dictæ summe reservatæ in donatione, ac subiectione huiusmodi bonorum in fideicommissio ordinato per Patrem Cardinalis donatoris; & quoad concernentia ordinem iudicij, seu competentiam interdicti possessorij, super quo principaliter dictus congressus habitus est, in motivis transmissis, quoad datum, nimirum ex parte rei conventi insistebatur, quod cum illud sit de Regalibus Principis, non intrabant remedia possessoria privilegiata sine cognitione petitoris, pro cuius cumulatione, ut consuetæ est reorum conventorum cautela, insistebatur, ex eo, quod ius imponendi dacia, & gabellas sit de Regalibus Principi reservatis, & quæ non nisi ex eius privilegio, vel concessione, vel immemorabili (cujus vigore privilegium allegari potest) privatis competat, ad text. in c. 1. quæ sint regalia, tot. tit. Codicis Vexigalia nova &c. Franch. dec. 56. Farinac. qui alios cumulat quest. 173. n. 68. cum sequent. & num. 91. cum sequent. Sed facilis videbatur huius obijcto solutio, cum præmissa procedant in questionibus, quæ desuper moventur per ipsum Principem, seu fitem, qui in huiusmodi Regalibus cogere potest possessores ad decendum de titulo, sine quo illa per privatos obtineri non possunt, unde sola possessio non sufficit, ex deductis in Romana officii de Vais, & in aliis sub tit. de regal. ad materiam officiorum, secus autem ubi questio est inter privatos, inter quos regalia, ad huiusmodi præsertim effectus, desunt esse talia, & iure bonorum privatorum regulantur, Lucas de Penna in l. quicunque, n. 2. in fine, & n. 3. Cod. de fund. limit. lib. 11. Contard. in l. unica, Cod. si de moment. Poss. limit. 2. §. 8. n. 28. Giovagnon. conf. 11. n. 17. lib. 1. Puteus decij. 221. n. 4. lib. 3. in correctis, & dec. 13. de causa possessionis, & proprietatis Achil. dec. 5. n. 2. desist. spol. & dec. 20. n. 5. de appell. dec. 27. p. 1. divers. ubi præsuppositivè de regalia inter privatos, & habetur